


Liber Status G[illegible]

J. I. 19.

# DESIDERII CRESCENTII
# Artes Regendi
# RESPUBLICAS
# et Dominandi.



GEDANI,
Apud ÆGIDIUM JANSSONIUM à WAESBERGE 1685.

Hic
Alberti Michalis
Georgij Ak:

# DESIDERII CRESCENTII Jct.

ARTES RECONDITÆ

# REGENDI RESPUBLICAS & DOMINANDI,

Quibus fere utuntur & Imperia firmant REGES sive PRINCIPES; OPTIMATES sive PATRITII: & POPULUS, qui summo potiuntur imperio.

*Accedunt*

## ARTES AMBIENDI DIGNITATES & HONORES

*in Republ. & Principum Aulis.*

ET

## SELECTÆ SENTENTIÆ POLITICÆ

*Ex Variis Auctoribus collectæ & dispositæ.*

GEDANI,

Apud ÆGIDIUM JANSSONIUM à WAESBERGE.

cIↄ Iↄc LXXXV.

*Tu Regere imperio populos Romane me-*
*mento,*
*(Hæ tibi erunt artes) pacisque imponere*
*morem,*
*Parcere subjectis & debellare superbos.*

*Nobilißimi, Amplissimi & Præpotentes.*

Unitarum, singularumque Provinciarum

# ORDINES & PATRIÆ PATRES PRUDENTISSIMI.

L*Ibellus hic Artes Regendi Respub. & stabiliendi Dominationes, Ambiendique dignitates, à Veteribus argute traditas, breviter complectens, Augusta Nomina vestra salutare audit, iisque se protegere quærit, non auctoris, sed argumenti fiducia; pro cujusque enim Riep. præsentis formæ conservatione, & imperantium salute totus est: qui labor adeo vester, ut vicini & remotiores gentes omnes, qui judicio sine præjudicio utuntur, ingenuè fateantur Remp. nostram, prudenti regimine & animosâ curâ præ aliis integram stare, & suprâ omnes opibus florentissimam eße: adeòque hoc Dei omnipotentis & pro salute ac libertate Reip. nostræ vigilantis ductu fieri, ut ea magnanimis & prudentibus Rectoribus regatur & tegatur. Etenim si consideremus*

 *initia*

*initia & progressus hujus nostræ Reip. luce clarius videbimus eam ipsam, vitamque omnium subditorum, id est, bona, fortunas, liberos, conjuges, pulcherrimas hasce regiones & civitates opulentißimas, Clarißimumq; imperium vestrum, Dei summo erga nos armore, vestris auspiciis, laboribus, consiliis, atque periculis ex flammâ atque ferro, ac pænè ex faucibus fati, erepta, conservata, restituta, & tandem pace laudatissima ac confœderationibus utilissimis firmata & in portu tuto locata esse. Sed non minus labor vester in negociis, fortitudo in periculis, consilium in providendo, industria in agendo & conficiendo apparuit, cum non tantum libertatem & tecta vestra contra potentissimum Regem defendistis, verum simul quoq; classes vestras per omnia maria, & totum terrarum orbem misistis, & commerciis omnis generis merciũ splendidarum, ex omni parte mundi advectarũ, Regiones & Civitates vestras opulẽtissimas & florentissimas reddidistis, ita ut hic totius universi Emporium Forumque Nundinarium commune esse meritò dicatur; Nomenque & imperium vestrum Clarissimum per totum terrarum orbem cum laude & admiratio-*

*ratione propagatum & propalatum ſit; & inde felices, libertate, opibus, integritate, fide ac innocentiâ tam ſubditorum, quam imperantium hæ regiones prædicentur: itaque hoc tantum nobis omnibus à* Deo Opt. *Max. petendum, ut hæc unio Rerumpub. perpetuo floreat: quod abſque dubio impetrabimus, quamdiu omnibus Unio illa Noſtra, quæ fundamentum & firmamentum Reipub. eſt, curæ erit & inviolata ſervabitur, ſimulque avita noſtra integritas, fides, innocentia, & libertas æqua præ cæteris eminet, quod ut faxit* Deus *cum omnibus Reipub. noſtræ ſubditis fidis & morigeris ex animo optat & rogat*

Obſequentiſſimus & addictiſſimus imperio veſtro ſubditus & cliens

*DESID: CRESCENTIUS*
JCtus. Ultrajectinus.

# ACCIPE
## PAUCA HÆC
# LECTOR.

EXCERPTA sunt quæ vides, non mea, meo tamen judicio lecta & locata, uti illa meæ, sic mea hæc tuæ censurę subjecta: in libera enim rep: nostra cuique sentire quod velit liberum est, dummodo absit livor & cavillatio calumniaque: si ab aliis tradita hæc dicis, vera dicis: sed non unde, ut hæc, & sine aspersione plurimarum rerum frivolarum; cui ea placent, hæc negligat; brevis esse volui, & ad captum ornatæ ac ordinatæ mentis, in qua velut in læto solo exiguum semen late se explicat; CALLIM magnus liber magnum malum. Antiquorum plurimum verbis & sententiis utor, ideoque diversitatem styli excusabis, sententiarum enim gravitatem veterumque auctorum dignitatem, gratam & jucundam magis lectori existimavi, quam orationem luce verborum turgentem: lege igitur & cognosce, & siquidem erravi, ignosce, & candida interpretatione, ut decet illustra. *Vale*.

ARTES

# ARTES RECONDITÆ Regendi Respublicas.

## Proëmium.


Rtes reconditas, sive intima arcanaque consilia tum stabiliendæ reip. præsentis formæ; tum etiam salutis, eorum qui imperant ac dominantur, conservandæ, breviter probatissimorum auctorum ipsis ferè verbis traditurus, à jure imperii & in quibus illud consistat, incipiam; cum enim id ipsum in potestate eorum, qui imperant, salvum semper ac integrum esse debeat, meritò ejus cognitio præcedere debet.

a *Est* autem *jus imperii absoluta potestas atque extremum jus omnium earum*



a Jus summi imperii quid sit:

*rum rerum, quæ ad Majestatem Regni vel Reip. pertinent, belli titulo vel patientia subditorum acquisitum:* quod tale est ut non facile aliis demandetur: quippe, a *cujus vis resolvitur*
„ *multa ad senatum vocando, cujusque*
„ *ratio non aliter constat, quam si uni*
„ *reddatur:* b Jus hoc late patet, sed
„ ad hasce ferè species adstringi po-
„ test: ut sunt leges dare, abrogare,
„ interpretari: magistratus, præ-
„ sertim majores, creare: supplica-
„ tiones de rebus gestis decernere:
„ monetas cudere, suàque imagine
„ signare: jus gladii vitæque ac ne-
„ cis habere: commeatum exuli con-
„ cedere: legatos mittere, missos
„ recipere, audire: bella decernere,
„ fœdera, pacem facere: vectiga-
„ lia, collectas instituere: jus nun-
„ dinarum similiaque privilegia con-
„ cedere: judicium summum, sive
„ extremam provocationem sibi re-
„ servare, & claudere jura manu:
„ jus civitatis dare: urbem munire:
„ portis interdicere: cursores publi-
cos,

a Tac, lib, 1, ann. b In quibus consistat,

,, cos, quos *Postas* vocant instituere:
,, & si quæ sunt similia; ipse suprà le-
,, ges esse, iisque non teneri: quam-
,, vis enim quid majus imperio dicatur submittere legibus Principatum; *& tunc observantior æqui* a *fiat populus, nec ferre neget, cum viderit ipsum Censorem parere sibi*; tamen usus hujus imperii, in rep. præsertim turbulentâ, interdum maximus est.

b *Regalia* imprimis *minora* huc non refero: majestatem enim tantam præ se non ferunt; sed potius patrimonio & rebus domesticis inserviunt, & non secus ac immobilia aliis in feudum conceduntur: jura vero imperii non facile; quippe quæ summo Principi in modum superioritatis reservantur: adde quod rerum feudalium Regaliumque finis ferè solus est administratio belli: ideò qui jus belli habet, is Regalia communicare potest. c Sed imperium militare summum huc pertinet, quamvis ejus usus ac vis obtineat in castris & videatur esse penes



a Claud. b An Regalia huc pertineant? c An & imperium militare.

Duces belli: quorum imperio ferè comprehenditur jus animadvertendi in milites: poteſtas pugnam inſtituendi: caſtra metandi: obſidiones, expugnationes decernendi: captos ſervandi: obſides accipiendi: civitates expugnatas aliquando diripiendi, ac ſolo æquandi, prædam agendi, dividendi: edicta caſtrenſia proponendi: deniq; faciendi omnia quæ ad bellum expediendum pertinent: verum tamen excepto pacis faciendæ jure, quod eſt ut dixi ſummi imperii.
,, a Sed cum hodie fere bella noſtra ex
,, decretis; vel ut naves, ex com-
,, mentariis gerantur, parum juris
imperii ducibus eſſe, omnibus jam notiſſimum eſt: quæ tamen conſuetudo non ſemper & ubiq; laudanda; cum b ſæpe diſtantibus terrarum ſpatiis conſilia re jam effectâ adferantur: atque ubiq; c maxime in bello, neceſſi-
,, tas ante rationem ſit: in quo rarò
,, permittitur tempora eligere. Du-
,, ces

a Thucid. lib. 1. b Tacit. lib. 3. Hiſt. Curt. lib. 7. c Livius lib. 9.

„ces autem Domini rerum tempo-
„rumque trahunt cuncta consiliis,
„non sequuntur.

Tandemq; quoq; Relligio & jus Sacrorum huc spectare videtur: [a] Rel-
„ligio enim in rep. esse debet, non
„contrà; *decetque imperatorem incunc-*
„*tanter advertere regiam potestatem*
„*sibi non solum ad mundi regimen,*
„*sed maximè ad ecclesiæ præsidium esse*
„*collatum; imo tantum* jus rerum sa-
crarum Principibus majestatem ac reverentiam conciliat, ut olim [b] *Rex*
„*idem hominum Phœbique sacerdos;* &
„Deûm munere *summus* [c] *Pontifex,*
„*summus hominum esset:* Postea autem *imperium amore Religionis* [d] *seipsum exhausit*, jusque sacrorum, sive Religione sive Ratione adducti Principes Pontifici fere cesserunt; ita ut jam *duo sint* [e] *Quos laude serenâ, Infula vel gladius mundo facit esse verendos:* nec forsan malè, dum modò alter in al-

 terius

a An denique & Relligio? Imper: in ad leonem. b Virg. 3. Æneid. c Tac. 3. ann. d Tac. lib. 1. Hist. e Gunth. lib. 5.

terius negotia falcem non immittat: [a] atque summus Pontifex *jam non ferre crucem domini, sed tradere regna gaudeat*, & *Augustus mavelit quam Præsul haberi.* [b] *Cæsares enim timere & odisse proprium est Ecclesiæ.*

[c] Atque hæc sunt præcipua summi Imperii capita: cum vero hoc Imperium, uti cætera præclara, cum invidiâ ferè conjunctum sit, & ad illud nonnunquam sensim ac quasi obliquis gradibus grassari soleant cives factiosi; ideò *institutis* quibusdam *opus est, quæ spectant ad securitatem & confirmationem reip. eorumque penes quos est imperii jus*: & ad pacandos mitigandosque animos eorum quibus fenestra ad imperium & dignitates occlusa est: Nam ut eos, qui libertatis (*qua nihil est dulcius*) [d] amantes aut avidi imperii sunt, in officio contineas, apertâ ac regiâ viâ frustrà is; quippe apud quos nullus locus est rationis; nullus

a Gunth, lib, 6. b Guiss. in comm, polit. c Arte imperia confirmantur: d Cic.

nullus aut legum aut philoſophicorum præceptorum uſus: igitur *plebs hæc veluti per ambages & ſimulacra tractanda*, obtrudendæque ei imagines vel ſpecies quædam cum imperii tum libertatis, quibus ſeſe nutriens & veluti lactans, ab ipſa imperii vi ac dominatione abſtineat: Atque hæc inſtituta *dicuntur artes*, a *delinimenta*, *blandimenta ac* „ *tela Patrum*: *imperii arcana*, b *domi-* „ *nationis arcana*: *regni jura*; *inania* „ *arcana*, &c. Quamvis hæc om- „ nia aliquo modo differant, ut po- „ ſteà patebit, in Genere autem „ c *ſunt intimæ & occultæ rationes ſive conſilia eorum qui in repub. principatum obtinent*, *tum ipſorum tranquillitatis*, *tum etiam præſentis Reip. ſtatus conſervandi*, *idque boni publici cauſa*: & ferè ſunt talia quibus aliud dicitur, aliud intelligitur: ſive aliud agitur, aliud ſimulatur agi: crebro enim „ mendacio & fraude imperantes uti



a Liv. lib. 2. 4. 5. 6. b Tacit: lib. 2. ann. &c.
c Definitio artium arcanarum imperii.

„ oportet ad commodum ſubdito„ rum: & ut ad effectum conſiliorum „ ſuorum veniant, multa oportet „ ſimulent inviti, diſſimulentque „ cum dolore: Quid ni? Cum „ [a] à fraude juſta nec Deus quidem „ abſtineat? [b] Atque etiam in privatis cauſis ſine dolo malo aliud poſſit agi, aliud ſimulari?

Quanto igitur magis in publicis, & reſpectu boni publici, cujus tanta religio & cura eſſe debet, ut [c] ei omnes humanæ affectiones omniaque conſilia merito poſtponantur.

[d] Atqui hæ *artes* arcanæ vel *ad præſentis reip. formam conſervandam ſpectant*, vel *ad Dominantium ſecuritatem: quibus cognata ſunt jura & flagitia Dominationis*, & *ſimulacra imperii*: ſive *inania arcana*: Quæ omnes iterum variæ pro formâ reip: ita ut *aliæ* ſint *Optimatum*, *a-*

*liæ*

Simulationes licitæ in imperio. Plato lib. 5. de Rep. Cic. *l*ib. 10. ep. 9. a Æſchil. b l. 1, § 2 7, ff. de dol. mal. c Matth. de *Auct.* 2, 11, 3, d Diviſio Tractatus hujus.

*liæ Regum & Principum, aliæ Populares*-:-:-:

# PARS PRIMA.

## CAP. I.

*Patritiorum artes adversus plebem pro conservanda Rep.*

AC primò Patritiorum artes vel contra Plebem vel adversus Regnum diriguntur contra plebem, dum ea artibus & consiliis reconditis ita inescatur, ut putet se habere quod non habet: decipi enim debet, non cogi: Nam cum [a] necesse sit eam civitatem plenam esse hostium reip. in „ qua multitudo inopum, eademque „ ab honoribus exclusa est; b *Patrum* „ *ambitione potius ac arte fieri debet*, „ *quam lege, ut obseptum plebi sit ad* „ *honorem iter*: c ea siquidem comitia „ primi plebis malunt quibus non ha„betur ratio sui, quam quibus ut in-



a In comitiis. Arist. 5. Pol. 7. b Liv. lib. 4.

„ digni prætereuntur. Itaque [a] permitti plebi debet ut à comitiis impune absit, ut magistratui renunciet, ut ab officio judicantis se excuset: itaque eum in finem magistratus fingendi onerosi ac sine magnis honorariis: [b] „ *nimiâ enim communium curarum ma-* „ *gnitudine expers populus est, ac pri-* „ *vata cuique stimulatio vile decus pu-* „ *blicum facit*: sufficitque quod non spernentur, & aperte illis ad honores via occlusa non sit; sed quoquo modo reip. copia fiat. [c] Deinde quoque plebi permittendum ut arma non habeat & ab eorum exercitio abstineat, minimè verò Patritiis, qui potius mulctis pecuniariis cogendi ut arma habeant: semper [d] *enim in rep. illa pars potentissima est in qua robur belli consistit, & quæ est in possessione armorum*, [e] qui arma non habent, fi- „ unt servi eorum qui habent, atque „ [f] *arma tenenti omnia dat qui justa ne-* „ *gat*:

a Arist. 4. c. 13. b Tac. 1. Hist. c In armis & eorum usu: Arist: Pol. lib. 4 c. 13. d lib, 3, c, 5. e 2 Pol. 5. f Lucan. In legibus & educatione juventutis,

,,*gat:* ideoque non tantum leges pro conditione & natura reip. ferendæ, sed & juventutis educatio instituenda ne facile plebi cedant patri-
,,tii, [a] & si modus excedendus sit,
,,ut *potius suis quam adversariis su-*
,,*persint animi.* Maxima enim in rep. ratio haberi debet ejus quod paulatim repit; & ne facile quid plebi concedatur: nam hic, [b] *quod paulùm summo discessit, vergit ad imum.* ita tamen ne nimis aristocraticè agatur; [c] & ne, undique libertatem minimis quoque
,,rebus muniendo, modus exceda-
,,tur; ac *ne, dum* [d] *pudet parum opti-*
,,*mates esse; parum diligenter quod opti-*
,,*mum est eligatur;* adeoque nimis
,,avidè ruendo ad libertatem, in ser-
,,vitutem delabamur. Cum autem nihil æque apud plebem quam relligio possit, ejus thyrso percutienda & dementanda quandoque erit; si-
,,mulandumque [e] *ad Deos magis quam*

A 6 ,, *ad*

a Liv. lib. 3. In contentionibus. b Horat. c Liv. lib. 3. d Coel. ad Cic. epist. l. 8. e Liv. lib: 10.

,, *ad se rem spectare; ipsos visuros ne*
,, *sacra sua polluantur, se id tantum*
,, *optare, ne aliqua in rep. clades obve-*
*niat:* [a] jurandumque populum nullis injuriis affectum iri: atque ita [b] *quan-*
,, *deque reip. plus artis quam fidei adhi-*
,, *bendum.* Non difficulter quoque ho-
,, mines plebei, de sententia dedu-
,, cuntur, si temporum [c] interdum
,, potius quam majestatis memor ad-
,, hibeatur oratio, & non tam vi
,, quam precibus impetretur, [d] *ut*
,, *præcipuæ quidam ex plebe autoritatis*
,, *intercedendo ipsi vim suam frangat.*
Cureturque ut seditiosi per artem disjungantur, sive hoc fiat ablegatione honesta, sive beneficii specie, à militiâ dimissione & excusatione, coloniarumque deductione.

In primis autem [e] plebs doceri debet pecuniam publicam in reipublicæ salutem atque splendorem converti: ideo publica ædificia extruenda, A-

ca-

a Arist. 5: Pol. 9: b Liv: lib. 4. Ibid. c In separatione plebis. d Lib. 5. Lib. 6. e In ædificiis publicis.

cademiæ aperiendæ; Pontes, templa, *ad magnificentiam aliquam* a *exædificanda spe magis futuræ magnitudinis, quam præsentis*; quæ publica munificentia, valde ferociam plebis mitigat.

Verum b enim vero cum sive ex progressu temporum, sive ex incuriâ atque negligentiâ eorum qui remp: administrant, facile ultrò aliquid attrahat Resp. quod ni abscindatur, ulterius serpit, & reip. formam im-
,, mutat; omnino c *necesse est ut ad*
,, *principia suâ quandoque resolvatur*
,, *Resp*. Quâ arte nulla ad statum con-
,, servandum præstantior: omnium
,, namque imperiorum & rerump.
,, principia aliquid boni habent vel ex
,, ipsa necessitate, ad cujus normam
,, si postmodum emendentur, anti-
,, quam autoritatem & dignitatem
,, recuperabunt: sin nunquam corri-
,, gantur, ita sensim in pejus ruunt
,, omnia, ut auctâ paulatim malitiâ,
,, tandem perire cogantur.

CA-

a Tac: 3. ann. b In redintegratione reipub: c Machiavel,

## CAPUT II.

### *Patritiorum artes contra Regnum.*

ADversus Regnum Patritiorum artes sunt: Providere *ne conferatur ad unum omne imperii robur, vel unus supra reliquos nimis excrescat*: & „omnia a in rep. atque ad arbitrium „administret, vel ne duo, vel plu-„res societatem ineant qui curent ne „quid in rep. agatur b ipsis invitis: ut „vir nimis excelsi animi in bellum „ablegetur honoris specie: ita c tamen ut *citò revocetur & à cursu victoriarum abstrahatur*, vel simulatione minuendæ molestiæ, vel offerendo honores urbanos, idque non aliter nisi præsenti: cavere ne quis magnum „magistratum, bellicum præsertim, „diu gerat; & ne bis gerat; d *liberta-„tis* enim *magna custodia est, si ma-„gna imperia diuturna esse non sinas, & „temporis modus imponatur, quibus juris*

a Suet. in Cæsar. b In imperiis committendis c Tac. lib. 2. ann. d Liv. lib. 40.

*ris non potest:* Si vero quis propter res gestas, vel per collegarum negligentiam potentià nimià crevit, frangendæ sunt vires ejus; sed per ambages, & circumductionê aliquâ, ne, si continuò præcipitetur, causam habeat extrema ac reipub: periculosissima experiundi. Ideoque objiciendæ illi rationes & occasiones, per quas suo
„ quasi facto ruat, invidiæque flam-
„ ma ac via suggerenda, [a] & *cum ple-*
„ *be aggrediendus quem per ipsam ple-*
„ *bem tutius est aggredi*, ut suis ipse
„ oneratus viribus ruat: *stultum*
„ enim esset & inutile *eas obtrectare*
„ *vires quas ipse feceris.*

Aliquando [b] utile est reip. ut factiones & discordiæ sint inter viros magnos & potentes, dummodò arte
„ dirimantur, caveaturque ne erum-
„ pant. [c] *bella* enim *civila dolores sunt*
„ *reip. magnum aliquod regnum partu-*
„ *rientis*, *componi enim* [d] *vix possunt*,
„ *nisi imperio ad unum devoluto*: ideoque

a Liv. l:6. b In discordiis fovendis. c Plut. d Tac, 1.ann,

que ne hoc fiat, privata [a] odia publicis utilitatibus remittenda sunt: videndum denique ne plures ex una eademque familia magnos eodem tempore magistratus gerant, & ne magna imperia in una familia continuen-
„ tur & quasi præscribantur. [b] Quam-
„ vis enim *præscriptio temporis juri*
„ *publico resistere non debeat*: tamen [c]
„ quia continuò ab una parte regna-
„ tum fuerit, possessio imperii acquisi-
„ ta videri posset.

## CAPUT III.

### *Plebis arcana adversus Optimates*

PLebis adversus Patritios artes sunt poene [d] eædem; sed inverso ordi-
„ ne. Hic enim pauperibus magistra-
„ tus utiles fingendi, & salaria mag-
„ na constituenda, ne à potentibus
„ opem accipere [e] iisdemque se sub-
„ mit-

a In imperiis in familiis continuandis, eisdem, Arist, 5, polit, b l, 6, C, de operibus publ, c Livius lib, 1, d Arist, 4, pol, c, 13,

„ mittere cogantur; a *eò enim labor &*
„ *periculum intenditur unde emolumen-*
„ *tum atque honos ſperatur*: eadem-
que eſt ratio circa arma & armorum
uſum: *Reſp. enim eſt eorum qui arma*
*poſſident*, ut ex ſuperioribus intelligi
poteſt. Sed & permagni intereſt eos
hic imperare, qui & populares ſunt
& præſentem reip. ſtatum amant:
per negligentiam enim facile hic mu-
tatur reip. ſtatus, cum nimirum ad
poteſtates aſſumuntur illi qui ſtatum
reip. odêre & ariſtocraticum vel Re-
gium imperium amant vel affectant:
„ *Neq; ad diſſentientes populares* ſive ci-
viles *dijudicandas* unquam Principes
ſive *Potentes vocentur*, ſæpe enim b *dum*
„ *veritati conſulitur, libertas corrum-*
„ *pitur, imperiumque ab iis ſenſim oc-*
„ *cupatur*: In primis vero leges fe-
rantur populares, educeturque ju-
ventus populariter, *libræ* ſint *accuſa-*
*tiones*, c hæ enim velut *arma fuere ple-*
*bis Romanæ adverſus Patritios*: in uſu
quoque ſit lex repetundarum; ratio-
que

a Liv, lib, 4. b Tacit. ann. c Liv. lib, 2.

que rerum geſtarum à magiſtratu ſæpe petatur: & in primis autem *caveatur* ne plebs penuriâ laboret, & *annonæ caritas ſit*: hac enim occaſione principes ſæpe uſi ſunt ad diſſolvendum populare imperium, ſed potius divites & nimis potentes, per vectigalia, tributa, alioſque occultos, ſed legitimos ſinus emungantur, adeoque ſemper & potentia & ſumma auctoritas atque majeſtas penes populum maneat.

## CAPUT IV.

*Plebis artes adverſus Regnum.*

MAximum vero populari ſtatui periculum eſt ab iis qui vel animi mobilitate novis imperiis ſtudent, vel dominandi libidine ipſi imperium „adfectant: & ut *eſt natura morta-„lium, non contentum eſſe præſenti ſta-„tu;* ideò plucherrima ratio eſt con-„firmandi plebem, ne poſtmodum flecti a precibus, aut donis regiis poſſit,

a Liv, lib. 2.

„ possit, jure jurando eam adigere, ne-
„ minem in urbe passuram regnare:
„ bona regia diripere, ædes ejus dirue-
„ re, imagines abolere, memoriam
„ damnare, atque hæc omnia lege
„ confirmare: *Regnumque hoc modo*
„ non tantum plebi invisum reddere,
„ verum [a] etiam *ex omnium monumen-*
„ *torum memoriâ revellere.* Maximè autem illa imperiorum diuturnitas & prorogatio in populari regimine periculosa est, omni enim modo amputanda est naturalis illa morandi in imperiis cupiditas: non minori curâ cavendum ne seditiones & bella o-
„ riantur: [b] *fessam enim bellis civilibus*
„ *remp. facile potentior aliquis, prin-*
„ *cipis nomine sub imperium accipit.*

CA-

a Cic. 14. Philip. b Tacit. ann. 1.

## CAPUT V.

### *Principum pro Regno artes adversus plebem.*

IAm verò cum difficillimum sit ad Regni leges cogere populum libertati (cujus dulcissimum nomen est) natum, majori opus erit prudentiâ illis, qui libertate plebi ereptâ, regni valida jacere fundamenta conantur: Hic ergo *Prima ars erit occupati imperii* prætextum sive *titulum excogitare non invidiosum*, vel etiam invitis extorquere, famæque dare, ut vocatus electusque potius videare, omniaque concessu populi habere, quam irrepsisse. Deinde *deliberando*, [a] *&* (*ad introspiciendas Procerum voluntates*) *dubitando ita se componere, uti invitus videaris accipere; & quandoque depositurus sis impe-
„ rium spem facere.* Denique conju-
„ rationes & turbas cavere, otium
„ plebi

a Ioseph *15*, c: 11:

,, plebi auferendo, eamque a semper
,, laboribus fatigando; ne res secun-
,, dæ & quietæ ex templo urbanos
,, motus excitent, & ex brevi otio
,, multiplex bellum oriatur: sed & in
,, primis operæ pretium est discernere
animos civium, eosque tanquam su-
spectos notare, qui nimium popula-
ritati student: hi enim facilè plebis
animos quoquò versum torquent ac
,, rapiunt; b *popularibusque studiis do-*
,, *minationi inhiant* cum sceleratis in-
,, geniis & *plus quam civilia agitanti-*
,, *bus, non dominari, instar servitu-*
,, *tis sit:* notandi præterea, qui li-
bertatis avidi præsentem remp. con-
temnunt, nomenque imperatorium
,, ferre non possunt: omnesque con-
,, tumaces, turbidi, violenti, fero-
,, ces, supra modum hominis priva-
,, ti elati, & opes non mediocres pa-
,, rantes, & quibus omnia d Principis
,, displicent, literasque ejus rident.
Contra magni faciat Princeps eos
qui

a Liv, lib: 3: b Tac ann; Calpur, c Liv. lib, 4. d Volcat.

qui Dominationi & imperio præsenti favent; quibusque a *claritudo sua* ,, *obsequiis protegenda est*: omnesque ,, modestos, obsequiosos, servitio ,, promptos, bellos, placidos, aulicosque politicos, quorum omnium b ingeniorum diversitas passim in magnis & vastis civitatibus reperitur.

## CAPUT VI.

*Principis artes contra Optimates.*

CONtra vero Optimates Principis cura erit ne hi sententiam dicant super comitiis magistratuum creandorum: c sæpe enim altius pene- ,, trant & arcana imperii tentant: ve- ,, rum ipse magistratus, magnos præsertim, creet, nec diuturnos, d *ne superbiant longa designatione*: ,, *&* e *alios repulsam passos propin-* ,, *qua spes soletur, ipsique principi* ,, *facultas sit gratificandi pluribus; multo-*

a Tac. lib. 3. ann. b Arist. 5. pol. c. 3. c Tac. 2. ann. d Ibid. e In imperiis communitio,

„*torumque provectus gaudia repe-*
„*riant*, quod Principi,novo in primis
maximam conciliat autoritatem, &
poteſtatem:a Caveat quoque princeps
ne quis proprio ſumtu ludos edat, a-
liâve privatà utatur popularitate, quâ
ad priorem ſtatum ariſtocraticum
„ vergere poſſet reſp. ſed potius pe-
„ cuniam ex ærario decernat: Deinde
„ magna, & proxima poſt ſceptrum,
„ imperia, togatis potius quam mili-
„ taribus viris, committat: intutum
„ enim eſt, viris rei militaris peritis,
„ tantam potentiam tribuere. Nec
tamen diu, committat, niſi his quos
fideles, pietatiſque immobilis erga
„ principem eſſe cognoverit, aliàs,
„ ut ſub initia ſe firmet Princeps, *du-*
„ b *biæ fidei & potenti imperatori,alium*
„ *inferioris ſpei fidelem ſurroget*, qui ad
„ ſublimiora provectus auctoris ſui
„ nutantem adhuc ſtatum ſtudio fun-
det ingenti: & ne generis nobilitate
vel peritiâ eximiâ fretus aliquid cone-
tur adverſus principem ipſum, *talis*
„ *eli-*

a Ariſt, 2. Pol, b Amm, lib, 25,

,, *eligatur, qui par negotiis, neque su-*
,, *pra sit*: nam & industria ac vigilan-
,, tia noxiæ sunt quoties parando re-
,, [a] gnosinguntur, *optimique mortalium*
,, *ferè celsiora petunt*: neque tamen im-
probus sumatur: uti enim ab optimis
periculum, ita à pessimis dedecus pu-
blicum metuendum. Cæterum is qui
consulatum aliudve magno cum im-
perio munus gessit; non statim, ve-
rum post quinquennium tandem aut
aliud tempus in Provinciam cum im-
perio mittendus, *animique ferociam*,
*quam ex brevi & potenti magistratu con-
cepit & imbibit, iterum deponat, ac pri-
vatæ vitæ assuescat*: [b] Porrò *Regni ful-*
,, *crum validissimum liberi sunt, certusq;*
,, *successor in imperio & hæres*. His e-
,, nim pravæ aliorum spes cohibentur,
,, ac mora malevolorum cupitis adfer-
tur. Ubi vero Princeps sine hærede &
certo successore est, Principatus facilè
in partes distrahitur, vel in aliam reip.
,, formam transit: *Nam oportuni sunt*
,, *mag-*

a Tac, ann, 4, b In successoribus parandis: Tac, 4, Hist: & 1: ann:

,, *magnis & novis conatibus, transitus*
,, *rerum*: plurimique eâ data occasio-
,, ne [a] in æmulationem consurgunt, &
,, ambitione vulgi tacitum favorem
,, militum quærunt, [b] publicasque vi-
,, res ad se quisque trahit: [c] & sic no-
,, vus & adhuc nutans princeps ar-
,, mis oppugnatur & sæpe ejicitur.

,, Cum verò ea sit [d] *conditio impe-*
,, *randi ut non aliter ratio constet*
,, *quam si uni reddatur*, Princeps ad-
vertere debet ut jura imperii absque
aliorum arbitrio tractet, quippe quod
,, [e] multorum imperiis bene geri non
,, potest, [f] & sæpe imperium quod sub
,, uno stare potuisset, dum à pluri-
bus sustinetur, ruit.

,, Sed quamvis [g] cuncta quidem sub
,, unius arbitrio sint, qui pro utilita-
,, te communi solus omnium curas la-
,, boresque suscipiat: [h] boni tamen
,, Principis est viros prudentes in con-
,, silium vocare, quosdamque salubri



a Iustin. b Curt. l. 10. c Liv. d Tac. 1. ann. e Nep. f Curt. g Plin. lib. 3. epist. h In consiliariis asciscendis.

„ temperamento quodam ad eos, velut ex benigniſſimo fonte rivos derivare, quos & ipſi haurire & abſente Principe quaſi adminiſtrare poſſint: *Non enim exercitus atque theſauri* [a] *magis præſidia regni ſunt quam amici.*

Eâdem ratione cavendum ne Principatus diſtrahantur: niſi enim penes unum [b] ſit omnis vis imperii, omnia regalia, omniaque feuda & publici reditus; ex illa partitione tam imperium quam ipſi detrimentum capient: claritaſque [c] famliæ illius per inopiam rei familiaris obſoleſcet.

Uti vero [d] Princeps nimias opes & divitias in viro magno ſuſpectas habere debet; ita & cavere ne viri atque „ ſenatores magni inopiâ premantur: „ Difficile [e] enim eſt Pauperes qui „ divites fuerunt, aut nati ſunt è di„ vitibus, res novas non moliri: *ab* „ *inopiâ* [f] namque *præcipua audacia:* „ igi-

a Sall, b In regalibus conſervandis, c Schafnab: d In honoribus & opibus conferendis. Tac; ann. 1 1. e Ariſt, 5, Pol, f Tac, an. 13,

„igitur censûs senatorum juvet, & „ nobili familiæ honores augeat, o- „ blatis in singulos annos quibus pau- „ pertatem innoxiam sustentet. Im- „ prudentissimè vero fecerint qui homines novos, vel ex plebe natos nimis attollunt & dignitatibus ornant, cæteris viris magnis & incolis à tergo relictis. hæc enim res magnis sæpe seditionibus occasionem dedit.

Denique præstantior & securior ratio conservandæ omnis reip. non est „ quam moderata gubernatio, & om- „ nimodo [a] niti, ne quem præsentis status pœniteat, & [b] sic *vim temperatam dii quoque provehent in majus.*

## PARS SECUNDA,

### *Artes Dominationis.*

HÆ sunt fere artes arcanæ quibus, veluti præsidiis, status reip. conservatur: Proximæ autem his & annexæ sunt *artes Dominationis*; quæ velut *Propugnacula sunt ac munimen-*



a Suet, b Hor.

*ta eorum qui dominantur & rerum potiuntur*, tam in Principatu, quam rep.
,, optimatum ac populari. cum enim
,, multi [a] infideles atque iniqui Regno
,, sint, pauci boni; meritò adversus
hos Principes reip. *arcana quædam consilia, cum, sui tegendi causa, tum plebis fascinandæ gratia*, excogitarunt:
quid ni? *Multi* enim [b] *fallere docue-*
,, *runt, dum timent falli: &* dum il-
,, linc [c] pro libertate, hinc pro domi-
,, natione pugnatur.

## Caput I.

### *Arcanâ Regiæ Dominationis.*

,, Atque his [d] artibus primis in
,, Regno opus est, quod Regia
,, majestas difficilius à summo fastigio
,, ad medium detrahitur, quam à me-
,, diis ad ima præcipitatur: principiis
itaque obstandum: neque permitten-
,, dum [e] ut quis ex senatoribus ac illu-
,, stribus, quamvis levi præsidio, in-
,, side-

a Artius, b Senec, c Curt, lib, 6, d Liv, l. 37, e Tac, l, 2.

„ ſideat eam provinciam, quæ terræ
„ ac maris clauſtrum eſt, & fame ur-
„ gere regionem adverſus ingentes
„ exercitus poſſet; imo ne quis mag-
„ natum [a] injuſſu ſuo peregrinetur
„ extra regnum, vel quis major XX.
„ annis plus triennio [b] continuo abſit:
„ ne cui Provincia opulenta ſeditio-
„ ſorum ferociumque indigenarum
„ mandetur: Neque Senatori liceat
ad exercitum [c] ire injuſſu Principis;
neque militibus ad domos ſenatorias
„ ſalutandi cauſa: ne quis privatus
„ publice [d] loquatur vel ſcribat ſena-
„ tui vel militibus: ne ſenatus acta
„ publicentur: neve acta publica pe-
„ nes alium quam [e] Principem ſint &
in archivo: *ne quis alius habeat* áctua-
„ rios [f] vel cenſuales nobileſve quos
„ ab epiſtolis & libellis & rationibus
„ appellet, *nomina ſummæ curæ & me-*
„ *dicamenti*: Ne quis [g] milites donis
ambiat; vel alius quam Princeps præ-

 mia

a Dion. lib, 52, b Suet. de Cæſ. c Sc, Eleandi, d Tac. lib, 3, ann, Suet, Aug, e Tac. 13, an. f Tac, 15, g Aurel,

„ mia & ſtipendia eis decernat, vel „ augeat, eorumque animos pecuniis „ elargiendis ſibi devinciat, & dum „ affectat charior fieri, Principis auc- „ toritatem emolliat. [a] Præterea: ne „ cui muros civitatis reficere, ſine „ principis autoritate, arcemve ex- „ truere jus ſit: imò nec ſplendidè nimis, nec loco ſuſpecto, munitoque ædificare: pecunias ſpargere: privatos carceres habere: publicas *poſtas* inſtituere: regia vela ſuſpendere: titulos prædiis ſuis vel alienis imponere. Regiæ enim majeſtatis eſt; „ [b] *Regumque tantum domus & patri-* „ *monia titulorum inſcriptione legi de-* „ *bent:* Denique nulla fortunæ Prin- „ cipalis inſignia uſurpare, ac magni- „ ficentia decoriſque ſervitiis Princi- „ pem æquare.

Sed & Principi maximè expedit *ne ſucceſſor in incerto ſit*, ut modo diximus, partim ut pluribus munimentis inſiſtat, partim etiam ut aliorum ſpes cohibeantur, & ne ſi extra familiam

a l. 9. ff. de R. Diviſ. b li. C. ut nemo priv.

liam & domum ſuam ſucceſſor quæratur, memoria ejus nomenque in ludibria vertatur. Verum ſi hæres abſit, & duo ſint vel plures quibus ſpes eſt ad imperium: [a] ſatius eſt neutrum nuncupare, ut ſine periculo vivere poſſit, & [b] *ſibi ante mortem ſepulchrum non fodiat*: cum ferè *omnes orientem*
,, *ſpectent ſolem*: [c] occidentem deſe-
,, rant, & favore populi fretus, ſuc-
,, ceſſor, [d] *habere imperium, quam ex-*
,, *ſpectare mallet*, adeoque non im-
,, meritò *ſuſpectus* [e] *ſemper inviſuſque*
,, *dominanti* eſſe debeat, *quiſquis pro-*
,, *ximus deſtinatur*:

[f] Porro cum maximè *formidoloſum*
,, *ſit privati hominis famam ſupra Prin-*
,, *cipis attolli*; cavendum ne quis alius
,, gloriam rei geſtæ, præſertim mili-
,, taris, ad ſe trahat: cætera utcun-
,, que facilius diſſimulantur; *Principis*
,, verò [g] ſolius *imperatoriam virtutem*
,, *eſſe decet*, & ad eum tanquam au-

 ctorem

a l. 27, n. 24, ff. de leg. 2, b Regina Elizab, c Tac. 6. an, d Tac. 1. an. e Tac. 1 Hiſt. f Tac Agric, g Inſtit. juſt. pr,

,, ctorem & ducem, ministri fortu-
,, nam omnem referre debent, [a] quip-
,, pe cujus alia ductu, alia imperio
,, auspicioque perdomentur: ita ut
,, meritò *suæ gloriæ Princeps demtum*
,, *existimet, quicquid cessit alienæ.* Nam
,, *nunquam* [b] *se cura Deorum sic premit,*
,, *ut plebis morti, plebisque saluti fata*
,, *vocent: Procerum motus hæc cuncta*
,, *sequuntur: Humanum paucis vivit*
,, *genus.*

,, Votum igitur omnium [c] unum sit
,, salus Principis: & majestas ejus ut
sacrosancta habeatur, [d] imo colatur: &
,, ne Relligio apud plebem vilescat,
,, nemini liceat privata sacra habere,
,, novosve Deos adsciscere, aut *quic-*
,, *quam in Relligione immutare:* quip-
,, pe ea *non* [e] *ad religionem sed ad conju-*
,, *rationem pertinere arbitretur.* Cum
,, multi [f] religionis specie in ambitio-
,, nem delabantur & sæpius *Relligio*
,, *peperit* [g] *scelerosa atque impia facta.*
Nam, quamvis pura alioqui atque in-
cor-

a Curt. lib: 6: b Luca: l: 5. c Plin. Paneg. d Paul. e Æmil. Prob. f Tac. g Lucr. lib. 1.

corrupta, veluti puella ſit Relligio; tamen tot fúcis, tot ceruſſarum generibus inficitur atque obfuſcatur, ut, quicquid agitur, hæc ferè ſola obtentui ſumatur: etſi [a] aliàs rerump. mala non naſcantur ex religione, ſed ſemper in univerſo terrarum orbe fuerint.
„ Mathematici [b] illi *Divinatores, ge-*
„ *nus hominum potentibus infidum, ſpe-*
„ *rantibus fallax, procul ſint:* & ne
„ quis apud alium quam Regem va-
„ ticinia [c] profiteatur; vel de reip.
„ ſtatu aut ſalute Principis reſpondeat,
„ caveatur: [d] cui enim opus eſt per-
„ ſcrutari ſuper Cæſaris ſalute, niſi à
„ quo aliquid adverſus illum cogita-
„ tur, vel optatur, aut poſt illum
„ ſperatur, aut ſuſtinetur? Multi cer-
„ tè ad imperium [e] contenderunt hoc
„ ſolum prętextu, quod fato ſibi do-
„ minationem deberi arbitrabantur.
„ Ideòque nemo cum his diu multum-
„ que ſit, uti nec cum relegatis & exulibus: *neque* [f] *ullo modo conventicula*

 vel

a Oroſius, b Tac, c Firm. d Tertul, e Suet. in Aug. f Gunth. lib. 8.

„ vel conspirationes *fiant*, *sive Soda-*
„ *litii seu juncti sanguinis æstu : per con-*
„ *ciliabula* [a] *enim & cætus, seditiosa disse-*
„ *runt malevoli & seditiosi.*

„ Porrò [b] cum *parum tuta* sit *sine vi-*
„ *ribus majestas*, omnino præsidiis se
„ muniat Princeps, qui ejus custodi-
„ am gerant. Principatumque (maxi-
„ me si [c] armis quæsitus) armis tene-
at; statione militum hoc [d] est vi &
specie Dominationis assumtâ. Nec
„ facile omittat [e] urbem quæ caput
„ rerum, & unde in omnia regimen
„ est, ne se remque publicam in ca-
„ sum [f] det, eoque absente imperii
„ sedes à conjuratis occupetur: *Sed*
„ *immotum* [g] *fixumque* adversus omni-
„ um sermones illi *sit sedem imperii*
„ *premere*, etiamsi exercitus, unave
„ aut altera civitas turbet: *Legatosque*
„ *potius mittat*, *imperatoriâ majestate*
„ *salvâ*, *cujus ex longinquo major est re-*
„ *verentia* : Uti cætera plerumque
„ omnia quæ absunt vehementius ho-
„ mi-

a Tac, 3, ann, b Liv, lib, 2. c Patercul, d Suet, e Tac, 2, ann, f Capitol, g Tac, 2, ann.

„ minum animos perturbant : & contra *frequens continuusque aspectus*, „ *minus verendos* [a] *magnos homines ipsa* „ *satietate facit*. Et cum imperatoriæ majestatis sit præcisè omnia agere & ad punctum sine tectorio & sermonis „ involucro ; *ejus præsens severitas periculosa*, [b] *largitio flagitiosa*, & sive „ nihil turbæ, sive omnia concede„ret, in ancipiti resp: foret : ideò „ multo tutius per legatos agit : quippe quibus licet etiam perplexè agere, ac Senatus arbitrium prætendere, quædamque ad imperatorem rejicere, & sic ejus majestatem tantum ad extrema mala reservare.

Summæ quoque prudentiæ est ut Princeps [c] *imperium*, præsertim intestinis discordiis laborans, *intra terminos* [d] *coërceat* : ne si dilatare velit, difficilius id tueatur, facilius etiam partum amittat, dum in extremis terris, [e] bellum gerit, ac arma in ultimis regni finibus [f] perigrinantur : quin *&* *nimiæ*



a Liv, lib. 35, b Tac. ann. 2. c Tac. d Dion. e Sall. f Flor.

*miæ opes magna jacturæ locum faciunt*, ac fere [a] expeditius manus nostræ rapiunt quam continent: navigiaque quę modum excedunt, regi nequeunt.
,, Tandem salus Principis in eo maxi-
,, mè posita est, ne quis impune Prin-
,, cipem etiam hostem interfecerit;
,, sed *ultor adsit*, [b] *quisquis successit*, cogitetque communem omnium Re-
,, gum causam esse, [c] quam negligere
,, indecorum illi & periculosum,
,, quippe cum in altero justitiâ ejus,
,, in altero etiam utilitatis causa verse-
,, tur, & tradito [d] Principibus more,
,, *munimentum in præsens, in posterum*
,, *ultionem sibi paret*; [e] tum incredibi-
,, lem quoque gloriam, & diutissime
,, imperandi securitatem. [f] Quo fine etiam acta priorum Principum quamvis Tyrannorum tuenda erunt, nihilque [g] usitatius ducendum, quam ut ea valeant: *Rescindere nunquam Dîs licet acta Deûm.* [h] Quæ enim contra jus Tyrannus rescripsit, non valere statu-

a Curt, lib, 4, b Tac, c Curt, d Tac, e Herod, f Suet, in August, g Cic, h Ovid,

tuendum, legitimis ejus rescriptis minimè impugnandis.

## CAPUT. II.

### *Artes arcanæ Patritiorum pro Dominatione.*

CUM hisce Regiæ Dominationis artibus multæ optimatum conveniunt: Quamvis enim Senatus immortalis, Princeps vero mortalis videatur: non minus tamen ille, quam hic nefariorum civium injuriis obnoxius est: itaque & hic cavendum, *ne largitiones & conventus fiant*: [a] hæc enim temeritatis apud plebem invitamenta sunt; periculosasque libertati „ opes struunt, & servitutem accipi-„ entibus ferunt: [b] *nunquam enim quis „ ad pecuniæ effusionem venit, nisi ut „ ad res pestiferas aditus sibi comparet:*

Nimiæ quoque & repentinæ affinitatis conjunctiones, atque [c] in alto loco munitoque inexpugnabiles ædificatio-



a Liv. lib. 2. b Cic. 2. Art. 17. c Liv. lib. 2.

„nes, affectati regni suspicionem „præbent. Imo sæpe nimia ædium magnificentia egenorum animos perstringit & ad seditiones invitat. [a] *Quis* „enim *mortalium cui virile ingenium* „*est, tolerare potest illis divitias supera-* „*re, quos profundant inextruendo mari* „*& montibus coæquandis: sibi rem fa-* „*miliarem, etiam ad necessaria deesse?* „[b] Cæterum *auspicia penes solos Patri-* „*cios sint*, majorum more: eorumque personæ sanctæ, & inviolabiles existimentur, [c] ac severe vindicentur injuriæ, ipsis illatæ; atqui non facilè Senatores ipsi Patritiique [d] puniantur, *ne suo sanguine ad supplitia patrum plebem assuefaciant.*

*Muniti* quoque *sint optimates, magnificè* & cum armis incedant; vim enim & autoritatem eorum auget, plebemque mirifice deterret, & si res postulet, utile quoque est *Dictatorem*, cujus edicta pro Numine observantur, [e] *quandoque creare, ut ille, quorum omnia*

a Saluſ. b Liv. l.b. 6. c Arnob. lib. 4. d Liv lib. 3. e Liv. lib. 2, & 8.

*omnia ardent*, *conticeſcat furor*: [a] Cum
„ ſciant fulmen ejus in ſe creatum,
„ & jus de tergo vitâque ſuâ penes u-
„ num illum eſſe.

[b] Sed *nec urbem Principem facile de-
ſerant* Patritii, ſive ſenatores: ne
poſſeſſione reip: ceſſiſſe videantur: [c] &
multa hominum quærela ſit, ſine ma-
giſtratibus, ſine ſenatu urbem eſſe,
„ eumque qui caput ipſum reliquit,
membris reliquis non parciturum: &
ſic, [d] abſentibus ipſis nefarii homines
„ res novas moliantur, patreſque ju-
„ gum accipiant. [e] *Neſcis tu Mag-
„ ne tueri Romanas arces*, *Epidaurea
„ menia quære*: imo nec *Pax* aliunde
quam *Principe urbe petatur*, *uti* nec
alia pacta aut *fœdera*: ne promiſcuè à
ducibus exercitus in diſcrimen adductis
extorqueatur, vel etiam unus aut al-
ter ſenatorum, in periculum reliquo-
rum & reip: pacem aut fœdera facere
poſſit.

„ Por-

a Liv, lib. 6, b Liv: lib. 3. c C c. ad, Att. 1: ep, 11. & 8. 1. d Liv. lib. 3, e Petron. apud Lucam.

,, Porrò [a] *Patricii cum Plebeis connu-*
,, *bia ne junguntо* : hæc enim matri-
,, monia colluviem gentium, [b] pertur-
,, bationem auſpiciorum publicorum
,, privatorumque afferunt : ne quid
,, ſinceri, ne quid incontaminati ſit,
,, ut diſcrimine omni ſublato, nec ſe
,, quiſquam *nec ſuos noverit* ; *cujus ſan-*
,, *guinis*, *quorum ſacrorum ſit*, dimi-
,, dius plebis, ne ſecum quidem ipſe
,, concors : imò plebei hac affinitate
moti & inflati reip. participes eſſe ve-
lint, & maximarum diſſenſionum
,, cauſa ſint : *Verum ne clariſſimæ fami-*
,, *liæ*, *ad inopiam delapſæ*, *extinguan-*
*tur*, ex publico potius ærario acci-
piant, quantum ad ſplendorem earum
opus eſt ; [c] aut ſi plures jam extinctæ
ſint ; vetuſtiſſimus quiſque, & quibus
,, clari parentes fuerunt, in numerum
,, patriciorum aſciſcantur. [d] *Ne Reſp.*
,, *in paucorum potentiam*, *jus atque di-*
,, *tionem concedat* ; *vel ipſorum optima-*
,, *tum potentia diminuatur*. Non pa-
rum

a Il, 12 tab., b Liv, lib, 3. c Tac, 11, annal, d Sall,

rùm quoque auctoritatem reip. conservat, si [a] *lingua regionis vernacula sanctè observetur & usurpetur*, exte-
„ rosque potius per interpretem loqui
„ cogant, & responsa dari; quam il-
„ lecebris & suavitati literarum im-
„ perii pondus & auctoritatem dona-
„ ri; [b] multosque non minus à mori-
„ bus patriis quam sermone adhorrere.
„ Quo magis cavendum *ne in Rep. irrepant homines loquaces & male diserti*, qui velut litui & tubæ plebis animos adversus patricios incendunt atque confirmant: quorum locum cùm quidam hodie ex ordine sacro (qui pudor est religionis nostræ) obtinent, optimè eorum loquacitas & ambitio comprimeretur edicto, quo iis nulla fere aliâ de re, præterquam de morum corruptione & animarum salutè, publicè verba facere interdicatur.

a Val, 30, 21, b Curt,

CA-

## CAPUT III.

*Artes arcanæ populi pro dominatione.*

IAm vero Dominationis Popularis artes magis remp: quam populum concernunt, cum *nil minus in rerum naturâ mortale sit quam populus*: Ad libertatem tamen & ſalutem populi utiliter cavetur: *Ne quis civem vinctum teneat aut clauſum, quo minus nominis edendi poteſtas illi ſit*: Ne quis militis, donec in caſtris eſt, bona poſſideat, aut vendat, vel liberos, nepoteſve ejus moretur: [a] ne cui civem interficere liceat: [b] *ut Tribunorum plebis ſacroſancta ſit poteſtas*: ne iidem extra urbem pernoctent, & ſic populi ſalus intuta patritiorumque injuriis obnoxia ſit: ut Tribunis poteſtas ſit prehendendi & in carcerem mittendi eos qui plebi injurias inferunt. Ut poteſtas eorum perpetua ſit & nunquam, ne quidem Dictatore cre-

a I. Portia. b Liv. lib, 2,

creato, cesset: [a] Ne Patritii multos nimis lictores & clientes habeant: neque nimis munita ac magnifica ædificia exstruant: &c. [b] Quæ *leges sepe renovandæ, ne contra eas plus paucorum opes quam libertas plebis valeant.*

Plurimum vero *in omni Rep. conservanda valet* & potest *studium famæ* ac Reputationis ut vocant, [c] & magno ani-
„ mo non tam utiles ac fructuosas res
„ capere, quam egregias & elegan-
„ tes imperioque dignas: [d] & ut *cæteris*
„ *mortalium in eo stent consilia quid sibi*
„ *conducere arbitrentur; Principum cer-*
„ *tè diversa sors est quibus præcipua re-*
„ *rum ad famam dirigenda;* nihilque
„ committendum quod ipsorum digni-
„ tati famæque detrahit. Quin & *rebus deperditis & afflictis magno animo fortunam comminisci atque ab audacia mutuari debent;* [e] *remque publicam non ut profugi & supplices velum ex memoria veteris fortunæ dirigere:* & quamvis

a Liv, lib, 3. b Liv, lib, 10. c Arist, lib. 4, c. 3, d Tac, 4, ann, e Tac, Hist. lib. 3,

vis cæteri, principes eos fuiſſe, obliviſcerentur, ipſi tamen meminiſſe: eoque modo ſartam tectam exiſtimationem & majeſtatem, imo & ſalutem conſervare.

Omnium autem firmiſſima omnis *Dominationis munimenta ſunt: Pietas, Cultus Divinus, Clementia*, neminemque injuriis afficere: ſed ſuaviter, præſertim in novo imperio, gubernare; [a] atque cogitare quid ipſe nolueris ſub alio Principe aut volueris: „ [b] *Nulla enim in re labetur, qui ea ipſa* „ *libenter facit, quæ alium facere vellet,* „ *ſi ejus imperio ſubjectus eſſet:* [c] equi„dem ego cuncta imperia crude„lia, magis acerba quam diuturna „ arbitror: neque quenquam à multis „ metuendum eſſe, quin ad eum ex „ multis formido recidat: [d] ita igitur „ regnum auſpicandum, ut mitius „ imperium ſperetur: vix enim ubi „ hæc omnia ſervantur tutus eſſe pote„ris, omneſque humanæ cogitationes & arcana conſilia ſæpè turpiter fallunt,

a Tac. Hiſt b Dion. c Sall. d Tac.

lunt, & in fumum abeunt: [a] *Usque „adeo res humanas vis abdita quædam „obterit, & pulchros fasces, sævasque „secures proculcare ac ludibrio sibi ha„bere videtur.*

## PARS TERTIA.

### *Iura Dominationis quid sint.*

ATque hæc de Dominationis artibus, quibus sunt cognata *jura*, ut vocant *Dominationis*, quæ *sunt summa quædam jura sive privilegia, bono publico contra jus commune sive ordinarium introducta*: [b] *uti enim belli calamitas atrocia jura*, & quæ iniqua sunt sæpissime *introducit*, bono magis exemplo quam concesso jure, quæ tamen non juste minus quam fortiter gerere discimus: ita *jus* civile quoque *corrigitur, sibique veluti frenum injici patitur, à „jure Regni sive Dominationis.* [c] Ne„que enim eadem vulgusque decent

&

a Lucret. b l: 5, 1. de re milit. l. unic. C. de caduc. toll. Liv. l. 5, c Non Ped.

& culmina rerum ; [a] *Fuitque hæc sapientia quondam publica privatis secernere, sacra profanis.* [b] Ac multa quidem jure civili contra rationem disputandi, pro utilitate communi, recepta sint. *Hinc* vero *semper salus populi & Dominationis suprema lex est* : & *non tam jus quam utilitas publica respicitur* : atque *leges sempiternæ sunt, quarum iniquitates utilitate leviores* : [c]Nulla
„ enim lex satis commoda ; id modo
„ quærendum, si majori parti & in
„ summâ prodest. [d] Atque à justitia
„ in parvis rebus nonnunquam defle-
„ ctendum, si salvam eam velimus
„ in magnis : [e] *habetque aliquid ex ini-*
„ *quo omne magnum exemplum, quod*
„ *contra singulos utilitate publicâ repen-*
„ *ditur*. Quare frustrà sunt ac nimis superstitiosi, qui hæc jura detestantur & damnant : iisque, [f] qui in una Dei
„ cognitione omnes cogitationes po-
„ nunt, montes & speluncæ conve-
„ niunt : at qui cum virtute & pieta-
„ te

a Hor, b Iulian: l: 51, ff. ad l, Aquil, c Cato: d Plut. e Tac. f Niceph :

„ te civilem etiam vivendi rationem „ edidicere, & notitiam ſibi compa- „ rarunt rerum variarum; Hi demum „ ad optima populum ducere idonei ſunt: cum enim pleræque reſp. ſint turbulentæ & minus compoſitæ; extremæ dementiæ eſt, omnia in iis exactè & ad normam euangelicam agere velle, dum hi qui nimium honeſtatis retinentes eſſe ſtudent, ſeque remque publicam multum ſępe affligunt: juſtuſque perit in *juſtitia ſua Eccl.* 7. Ideoque ipſa æquitas poſcere videtur, ut ſemper bonum publicum reſpiciatur, eique non tantum omnia jura; ſed etiam ipſe Princeps cedere debeat. a Plane momenta rerum & utilitas publica in horas mutantur. Ubi „ igitur quod factu utile videbatur „ mutata rerum facie noxium futu- „ rum ſit reipublicæ, quid ni expedi- „ re ſe reſpublica & quæ nocitura „ ſunt ea declinare poſſit reſciſſo con- „ tractu? ineſſe enim videtur hæc ta- „ cita conditio, ut fiat quod *conven-*

„ *tum*

a Matth. de Auct. 2. 11.

„*tum est*, nisi id reipublicæ noxium
„futurum sit: *Ita tamen ut semper jus*
„*divinum fides atque pudor salva ma-*
„*neat; & non ut placidis coëant im-*
„*mitia, non ut serpentes avibus gemi-*
*nentur, tigribus agni.*

## CAPUT. I.

### *Regiæ Dominationis jura.*

REgiæ itaque Dominationis ( ut ab eâ formâ reip: incipiamus) *jura sunt, quæ Principi licent contra jus ordinarium, cum conservandæ augendæque reipub: tum ipsius securitatis causa*: Cum enim ex populi multitudine appareat regis magnitudo; ut infirmitas ejus ex inopia; a jus Asylorum ab Regibus inventum fuit, quo rempublicam plurimis gentibus roborarent; erectæque statuæ & imagines imperatorum, atque aræ, ædes sacræ & ecclesiæ, quæ miseris, & ob æratis tuta perfugia concessa sunt, ut & loca

a Asylorum jus.

loca ea, Principesque ipsi venerabiliores sanctioresque videntur: hostibus item victis jura civitatis & ordinum donata sunt, [a] ut moribus, ar-
,, tibus & affinitatibus, cæteris per-
,, mixti, aurum & opes suas inferrent
,, potius, quam separati haberent:
,, Raptus quoque virginum ex hoc jure defenditur, ubi eas legitimo modo, nullibi habere licet, ne civibus destituatur resp. [b] Abominandæ
,, enim *necessitatis amarissimæ leges &*
,, *truculentissima imperia*, omnes fere
,, gentes, multa non intellectu tan-
,, tum, sed etiam auditu gravia per-
,, peti coëgerunt. [c] Eaque est ne-
,, cessitatis vis & dignitas, ut sæpè rei non licitæ jus & æquum tribuat.

Hoc jure item Princeps fratris fi-
,, liam, in uxorem ducit: [d] ne inte-
,, gram claritudinem generis aliam in
,, domum ferret, & externus rega-
,, libus nuptiis elatus, regnum sibi fir-



Tacit. lib. ann, 11. b Senec. c L. 2. C. de patr. qui fili. distrax. c Tac. 12 ann.

„mare nitatur. imò nec fœminę ex „Augusta domo pro arbitrio nubere licet; ne is cui fęmina, & à favore vulgi & à familia potens, nuberet, res novas moliatur; [a] *matrimo-„nium enim ad majora nitendi decus & robur addit.*

Porrò cum *ipsa utilitas justi prope mater & æqui sit;* [b] licebit & prævenire iis qui nocere possunt, atque, *opem ferendo* proximis sociisque principibus, „*cavere,* [c] *ne quis nimis crescat, aut vis „& potestas ad unum populum deveniat:* Ecquis enim adeo nullius animi est, adeòque salutis suę prodigus, ut exspectare velit, donec alter à multis victoriis potens & efferatus, bellum transferre, & ferrum in sua viscera stringere, sibique legem prescribere possit? [d] Etenim ut medici in „corporibus ęgris nihil quod nocitu-„rum est relinquunt, ita & hîc, *quic-„quid obstat imperio, recidendum:* „Neque ullo modo concedendum ut „quis sub nomine pacis aut belli, „mo-

a Tac. in Agric. b Horat. c Liv. d Curt.

,, moliri res novas possit: a *Ratio*
,, *namque imperiorum est, Ne noceri*
,, *possit.*

Qua eadem ratione Dominantibus licet evacuare remp. iis viris quorum virtus adeò conspicua est, ut facile studia vulgi ad se trahant, & malis an-
,, sam nocendi prebeant: b Quamvis
,, enim satius sit providere ne aliquis
,, in Rep. tantopere crescat: tamen
,, ubi resp: in eum statum pervenit,
,, medicinâ utendum est: c Nam *ser-*
,, *vare cives Principi & Patriæ graves*
,, *claro tumentes genere, quæ dementia*
,, *est?* d Cedat igitur quicquid excel-
,, sum est: vel ipsi consulant sibi & tur-
,, bis, e seque pravè diffamantibus sub-
,, trahant. Vel legationis studiorum
,, similisve honoris specie solum vere-
tant, aut arte frangatur eorum potentiâ, adjungendo eis æmulos; f pecuniave eos & honoribus exuendo:
,, *Nec melius stultæ furor atque super-*

 ,, *bia*

a Dion. Halic. b Arist. 5, pol. 3. c Sen: d Sen: e Tac. f Gunth.

,, *bia plebis puniri poterit, quam tanti*
,, *ut causa furoris eriperentur opes, ut*
,, *quos opulentia rerum fecerat elatos,*
,, *in se revocaret egestas.*

Neque contra hosce semper opus est forensi processu, & ut accusatio pręcedat, maximè in turbulenta & seditiosâ rep: a quo tempore non solum necessitas, verum æquitas postulat, ut manu potius & imperio militari resp. b componantur, veloxque sit supplicium, adeoque remedium statim, & non post vulneratam causam quæratur; cum ferè *publica animadversio* c *studia vulgi & seditio-*
,, *nes concitet.* d Vanæque populi vo-
,, ces audiendę non sint. Quia etiam detentio in carcere periculosa, ne ex captivo & liber & hostis factus e partium consiliis permultum noceat: imò quandoque atrocia supplicia ob rem levem decernenda, f *multa crudeliter agenda, quo ceteris quies sit & terror:*

a l. 16, ff. de appel. b l. 1. & 1. c. quan. lic. unic. sine jud. vind. c Tac. d l. 12. C. de pœn. e Car. f Tac.

*terror* : [a] tantumque legibus ſeveritatis addendum, quantum flagitia creverunt: [b] *Nam plus ſæpe nocet placidi „patientia Regis, quam rigor ille „nocet paucis hæc incitat omnes, dum „ſe ferre ſuos ſperant impune reatus. „[c] Boniſque nocet quicunque parcit improbis :* Eadem ſeveritate *jus Dominationis, ſalutis reip: [d] cauſa, conſcios conjurationis in Principem punit*, imo voluntas, conatus, verba atque improvidæ jactationes, facti crimen habent: atque hoc jure filii quoque [e] & propinqui conjuratorum pænas luunt, „ut charitas liberorum amiciores „reip. [f] parentes redderet, & ne filii „ad parentum exempla ſubcreſce„rent; [g] *exoriaturque aliquis illorum „ex oſſibus ultor.* imò tota eorum memoria damnetur; in hujuſmodi enim rebus extrema conſilia omnium optima ſunt, & aut interficiendi, aut præmiis multis emolliendi ſunt, ter-



a Symma. b Gunth. c Mim: d l. 5. C. ad. l. Iul, Maj. e C. c. f Amm. Marc. g Virgil.

tia via nulla est. Verum ad securitatem Principis spectat, aliquando non nimis anxie in socios & conscios criminis inquirere: ne nimis asperis remediis atque suppliciis delicta augeantur, & subditi exacerbentur, & formidine sparsa per multos reviviscant
„ turbines incompositi: a *Sæpe enim*
„ *vindicta obest*; b *& non omne quod no-*
„ *cens reus pati meretur, egregio sub*
„ *principe statuendum est*; c omnia qui-
„ dem scire pulchrum est, sed non om-
„ nia persequi; parvisque peccatis
„ veniam, magnis severitatem ac-
„ commodare, nec pœna semper,
„ sed sæpius pœnitentiâ contentum
„ esse decet; *pœnæque genus censere*,
„ d *vidisse præcantem.*

e Porrò cum utilitas publica præferenda sit contractibus privatorum; f &
„ *respub. incolumis, privatas quoque*
„ *res facile salvas præstet; publica au-*
„ *tem perdendo tua ne quicquam serves:*
„ ideo quoties reip. interest, licet Prin-

a Sen b Tac. c Tac. Agric. d Claud.
e l. 3. C. de primip. f Liv. lib. 26.

Principi ſubditis res ſuas [a] adimere & in uſum publicum deſtinare, quamvis tamen vix aliter niſi refuſo aliquo „ pretio. decetque [b] ſubditos publicæ „ ſalutis cauſa rei familiaris commoda „ negligere: ſic & belli tempore, ſi aliter pax fieri nequit, permiſſum eſt Principi civium bona hinc inde direpta, remittere hoſti: Nam quod dicitur, *compoſitiones Dominorum non officere juri ſubditorum*, *non convenit iis qui regio more* & pro arbitrio ſuo *imperant*, ſed quorum imperium variis conditionibus reſtrictum eſt. Sobriè tamen & circumſpectè prudens Princeps hęc aget, ſæpè enim per ablationes rerum conjurationes inſtituuntur. c

Denique ratio illa augendi Cenſus, ex qua non tantum facultates civium innoteſcunt & in tabulas cenſuales referuntur; verum etiam ex cujús modo tributum & vectigal penditur; adeoque reſp. locupletatur, haud ulla,



a I. 2, pro quib, cán. ſer. præm, l. accep.
b Cæſ, de bell, Gal, lib, 7 Ariſt, 5, pol, c, 6,

ut opinor, excusatione opus habet: cum enim imperium sine vectigalibus nullo modo retineri possit: [a] *censusque*
„ *ejusmodi sint velut anima magnarum*
„ *rerump.* [b] *& res saluberrimæ magno*
„ *futuro imperio*, [c] æquo animo cives parte aliquâ suorum fructuum pacem sempiternam atque otium redimere debent.

## CAPUT II.

### *Aristocraticæ Dominationis jura.*

ATque hæc sunt fere Dominationis regię pręcipua jura, cum quibus Aristocraticæ Dominationis maxima ex parte conveniunt, in qua tamen hoc singulare: *Cavere ne quis ex optimatibus, regis vel Principis, præsertim vicini, filiam ducat*: Magni enim periculi res est in liberâ rep. principem nasci, *semperque magno constitit nasci Deum*: [d] & fultus fretusque tanta nuptiali dignitate facile quis

a Cicc. ad Q. frau. b Liv. c Cic. d Sen:

quis animum dominandi assumit. *Periculosum* quoque eadem ratione, si quis dignitatibus nimis crescat, a *&*
„ *unus velut caput & columen imperii*
„ *sit, sub cujus umbra resp. latet, cu-*
„ *jusque nutus pro decretis patrum sunt:*
„ ideoque si talis quis extiterit, alio
„ loco & apud alios sit, b nec enim
„ senatui tanti civis aut quisquam a-
„ lius esse debet, ut in parendo uni
malum publicum fiat: c nulloque modo permittendum ut quis ex optimatibus, qui vel insigni virtute, vel spi-
„ ritu in gerendis rebus ceteros ante-
„ cellit, nimio plus crescat vel col-
„ lectâ gratiâ potens nimis clarus
„ fiat.

Sed & jure Dominationis arcano, apud majores mos fuit animadvertendi in singulos servos ob unius domini necem, & ubi à multis d esset fla-
„ gitium rei militaris admissum, sor-
„ titione quosdam puniendi, ut *pœna*
„ *ad paucos, metus ad omnes perveni-*



a Liv. b Liv: lib: 4. c Iovius de Vener: d Cic.

„*ret* & reip: dominorumque saluti „consuleretur. Item excludendi liberos præscriptorum, ab honoribus & jure ordinis, ne, vindictæ amore, copia iis fiat perturbandi remp.

a Sed & hoc jure lupanaria connivendo concedi possent in vasta repub: „ne scilicet in stupra fœminarum il„lustrium & honestarum prorum„patur, si illa libidine prohibeantur: sic & permittuntur fæneratores & „usurarii; ejusdemque farinæ est lex Valeria quæ permittit Tyrannum interficere, & postea causam dijudicare. b sicut & latronem ac seditiosum statim licet interficere, & posteâ ad principem scribere, idque *propter periculum moræ & reip: conservationem*: quo velut tegmento hæc iniquitatis species tegitur & compensatur, quamvis tamen nonnulla ex his jura non omnibus rebuspubl: promiscuè, omnibusque temporibus conve-

a Tac. ann. 2 b l. 6. ff. de injust. rapt. irrit. est.

veniant, sed suo modo singulis accommodanda sint.

## CAPUT III.

*Democraticæ Dominationis jura.*

PORro pleraque hæc populari quoque reip: competunt: in qua & multa cum singulorum salutis causa; tum etiam præsentis reip. conservandæ gratia fiunt, & paulò quidem iniquius, ut Parentem, filium, fratrem perduelles & seditiosos interficere, a præmiisque tales interfectores donare; & alia similia: quibus tamen iterandis b supersedeo quod ex superionibus sumere, & huic formæ accommodare, cuivis facile sit: b ceterum Parricidium præsertim intrà parietes privatos commissum (ut Timoleontis apud Græcos) res atrox & ab affectione, pietateque naturali alienissima videtur, etsi reip: causa præclarum habeatur: nisi enim quis omnibus affectibus bellum



a l. 38. ff, de relig b & sumt. fun.

indixerit, non facilè in necem suorum
„ jurabit : [a] cum in Parricidio nulla
„ satis justa causa ad sceleris patroci-
„ nium prętexi possit : ideoque Ti-
„ moleontem quoque pœnituit fratris
interfecti, quamvis Tyrannidem co-
gitantis. [b] Usque adeò judicia homi-
num vacillant, & quibusvis laudibus
vel probris in transversum rapiuntur :
atq; sicut edones illi ingenti esurie ca-
pti, jnglutiunt cibos, sed satiati nau-
seant; ita nos rebus perpetratis ani-
mum fere abjicimus & mutamur.

## PARS QUARTA,

### *Flagitia Dominationis quæ sint.*

EX præcedentibus constat eam esse naturam summi & vasti imperii, ut nonnunquam permagni intersit ab æquitate communi recedere : *atqui haud adeò longe est deflectendum, ut res ad Tyrannidem deveniat; & non jura amplius, sed scelera & flagitia Domina-*

*tio-*

[a] Iustin. lib. 16, [b] Plut.

*tionis exerceantur*: Neque enim omnia quę Dominationis augendæ ac conservandę causa fiunt, honesta sunt „ & probantur; a neque semper scep„ trorum vis tota perit si pendere justa „ incipit Princeps; verum ita Dominatio instituenda est & definienda, ut medium quiddam inter civile imperi„ um & Tyrannidem sit: b nam Re„ media vocare quę alii scelera appel„ lant, falsisque nominibus severita„ tem pro sęvitia, parsimoniam pro „ avaritia; *supplicia & contumelias dis„ ciplinam vocare, Tyranni est*, quam„ vis juris nomine tegantur; *Differunt enim Dominationis jura a flagitiis: quod in his privata tantum utilitas spectetur; in illis etiam publica*: & quod in illis ratio Divini numinis, fidei, honestatis, ac pudoris habeatur; in his minimè. c Causa enim Religionis ratio„ nem omnem status superat, nulla„ que proportio est inter temporalia „ & ęterna: quotiescunque igitur cau„ sa aliqua proponitur, primum spec„ tan

a Lucan. b Tac. c Scip. Amm. in Tac.

„ tanda venit *religio*, & consideran-
„ dum *num illa se huic opponat*, quia
„ *hoc casu Ratio status subjici debet Re-*
„ *ligioni*, & non relligio rationi status.
„ *Sunt* tamen *flagitia Dominationis*, ut
„ & prędicta jura, *occultæ & recondi-*
*tæ rationes firmandi & augendi imperii*;
vocanturque a *Arcana Domus sive Au-*
*læ*, quod domestica tantum consilia
sint quibus omni modo opprimuntur,
quicunque pręsenti Dominationi ob-
stare atque inhiare videntur.

## CAPUT I.

### *Regiæ Dominationis Flagitia.*

REgię Dominationis flagitia sunt fere hęc: nimirum incestas nuptias contrahere, Divortia pro lubitu facere, Adulteria b exercere non tam libidine, quam ratione commissa, quo scilicet facilius consilia adversariorum per cujusque uxores exquirantur; vel ad Regnum iter patefiat: item,

a Tac. b Suet. in August:

tem, Religionem contemnere, eamque in hanc vel illam partem torquere, & adeò regni causa eam susque deque habere: Sacra hostium diripere, atque impiè depopulari, a*Divinas spoliare domos, sacra tollere vasa, excoriare cruces, abrumpere textibus aurum:* atque alia similia impia committere, quę Dei & religionis cultum omninò ex animis mortalium tollunt, vel offendunt. Nam quamvis quidam velint hęc superstitioni magis inservire quam Religioni; multis tamen placet, c quod nulla humana
,, opera ad cultum divinum augendum
,, melior sit quam superstitio: Quem
,, admodum enim ipsa ambitio vi-
,, tium est, & maximarum tamen vir-
,, tutum mater: ita & superstitio:
,, de quâ paulatim cum aliquid aufe-
,, ras, quasi ursę catulum lambendo
,, formas: At qui nudam illam ac sim-
,, plicem religionem ab initio hause-
,, runt, minimo quoq; argumento
,, labefactantur, levissimoque attri-

tu

a Gnuth. b Iul. Scal.

„tu gracileſcunt & tandem æthei fiunt: unde nulla fere Relligio eſt cujus cultores aliquatenus ſuperſtitione quadam non ducuntur, animoſque ſuos paſcunt & roborant. Cætera porrò flagitia ſunt; fratres, primoreſve regni palam vel clam interficere, in exilium agere, carceribuſve includere, atque in eos quibuſcum virtute certare non poſſes, percuſſores & ſicarios immittere. Hoſtem extra caſtra & exercitum interficere: flumina corrumpere, arma veneno inficere, in captivos, fæminas, infantes ſævire: fidem paſſim frangere, fœdera violare, ſpecie colloquii & amicitiæ imponere, jura hoſpitii tollere, a privatas inimicitias in magiſtratu exercere, objecta crimina pro probatis accipere, ex rumore ſtatuere, & ſic imperio & non legibus uti; juſque in armis ferre, & omnia fortium virorum cenſere, idque *in ſummâ fortunâ æquius*, b *quod validius habere, ſua retinere privatæ* c *domus, de alieno certa-*

re

a Livi lib. 42. b Tac. c Sall.

*re regiam laudem credere*, omniaque retinendæ dominationis honesta judicare: sine causa bellum inferre, ejus-
„ que causas ementiri: [a] alios inter se
„ committere, eorumque contro-
„ versias in immensum alere, & simu-
„ latis modo his, modò illis occulte
„ pecunias & arma submittendo fa-
„ vere, tandemque mutuis cladibus
„ attritos utrosque devorare: homi-
„ nes per fictæ benignitatis illecebras
„ impugnare, [b] & per ornamenta fe-
„ rire, vel per clandestinos versutos-
„ que [c] rumigerulos atque delatores
nefandis artibus calumnias insontibus adfigere [d] eoque modo plena omnia suspicionum, ac vix secreta domuum sine formidine reddere: lege summæ majestatis læsæ abuti, [e] eamque omnium accusationum facere complementum; affectus omnes ex hominum mentibus tollere, observando propinquorum rei (immerito supplicio affecti) suspiria, vultus, gemitus, & occultos murmures: Defensores reo-

a Iov. b Sen. c Ammia. d Polyb. e Tac.

reorum odisse, ita ut nemo pro eis nisi cum pudore de flagitio disserere audeat; a jura armis subjugare, adeo-„que uti quisque potentissimus est, sic „justissime omnia dicere ac facere „videri: & b imbecilliores semper justum & ęquum quęrentes, potentiores verò talia parvi facientes, eosque cum cęteris eodem crimine pollutos „eximere. c *Cunctaque regere sine le-„gum metu: Et quis omnes referre „facinorum formas potest? Et spes ne-„fandas principum, & blandos dolos, „Regum potentium per gradum sce-„lerum viam?* Idemque per vim „acquisitum non bonis artibus regentium? Superioribus adde: vectigalibus variis & nimiis cives turpiter opprimere, & ita exprimere, ut succus nullus supersit, d quem hauriant; olera eorum ita abscindere ut radix nulla supersit, penna rescindere, ut renasci non possint; pecus deglubere, non tondere; civium ma-„ximis damnis ærarium augere: nihil-

a Dion. b Arist. c Sen. d Plut.

„ hilque ad exempla & consuetudi-
„ nem majorum agere: [a] ad res impe-
„ rii animum non advertere : quid
„ habeat militum , quot classes , quid
„ valeat ærario , quanta sint tributa
„ ac vectigalia , & necessitates largi-
„ tionesque , qui socii sint qui amici ,
„ qui stipendiari , quâ quisque sit le-
„ gê , conditione , fædere ignorare ;
„ & iis non consideratis res imperii
„ alienare , immensasque largitiones
„ profusè facere : Et quamvis succes-
sor , (ne dissolutio imperii subsequa-
tur & principum delicta [b] resp. luat)
„ eas potest revocare , & inde repe-
„ tere [c] unde inopiæ causa est. *Neque*
„ *quod pastor inique gesserit , ecclesiæ*
„ *fas est in damna refundi.* Hæc ta-
men Dominationis occulta flagitia ta-
lia sunt , ut eorum vel minima prin-
cipes tanquam tyrannos invisa red-
„ dant ; [d] insidiisque civium expo-
„ nant : majora enim populus semper
„ à summo exigit : [e] adeo ut Princi-
pem

a Cic. de legib. b Tac. c Gunth. d Senec. e Tac.

„ pem non modo deceat nihil face-
„ re per injuriam, ſed nec omnino
„ facere videri: & *nunquam imperio uti, ubi legibus agi poteſt, etiam adverſus ſcelera*: Quamvis enim nonnunquam ſalus reip: poſtulet ut in herbâ opprimantur reip: hoſtes, ut ſuprà diximus: tamen hoc non in ſuſpectis, verum in iis quorum crimen jam manifeſtum ac notorium eſt, locum habet: aliàs *ægerrime vulgus cre-*
„ *dit*, [a] *aliquem inermem viro armato*
„ *inſidias ſtruxiſſe*, ſed potius inno-
„ centem eum periiſſe.

## CAPUT II.

### *Dominationis Ariſtocraticæ Flagitia.*

PORRO Regiæ Dominationi propemodum conveniunt flagitia Ariſtocraticæ Dominationis, præſertim oligarchiæ: ut Conſulum, Dictatoris, Triumvirorum quorum imperium & poteſtas Regia fere fuit, &

a Dion.

& nimis aſpera, eoque huc pertinet: *Ubi* enim Patritii plebem exſugunt nimiis vectigalibus, atque oneribus deprimunt, ubi ſine ullâ probabili cauſâ bella gerunt, viciniique populis bona ac poſſeſſiones eripiunt; vel eos quorum virtus ipſis formidoloſa, promiſcuè nefariâ fraude circumveniunt, atque evertunt: vel fidem datam frangunt, vel percuſſores ſubornant & emittunt; vel morem conſulendi ſenatum intermittunt ac immoderata
„ infinitaque [a] poteſtate arreptâ, *om-*
„ *nes metus legum, omnia ſupplicia in*
„ *plebem vertunt:* [b] hominum non
„ cauſarum omnino ſunt: & *gratiâ*,
„ vim æqui habente, *iudicia domi*
„ *conſtant, in foro pronunciant*: & ſi
„ quis ad collegas appellet, ita ab iis
„ diſcedit, ut pæniteat eam prioris
„ decreto non ſtetiſſe: atque adeo pe-
„ nitus ad crudelem ſuperbamque
„ vim animum advertunt, ut occiſi
„ hoſtis quam [c] civis uberius non ſit
„ præmium, fiatque mortis merces
quiſ-

a Liv. l. 2. b lib. 3. c Paterc.

,, quisque suæ, aliaque id genus scele-
,, ra committunt, a quæ non consu-
,, les, sed carnifices eos ad vetandam
,, & lacerandam plebem à patribus
,, creatos esse exclamant, ubi hæc inquam flagitia religionem, fidem, pudorem, honestatem violantia, dominantur in rep: non jure imperium administratur, sed sceleribus & vi detinetur.

Sed hæc omnia b Dominationis flagitia nuspiam majore in usu sunt, quam in populari statu: est enim *Plebs belluæ similis*, c adeoque ut prona in
,, misericordiam, ita immodica in
,, sævitiam, *nullâque ratione sed &*
,, *freni impetu regitur:* parum pensi habens vel divina vel humana jura, dum modo libertatem illam suam, hoc est, omnia pro libitu agendi licentiam dissolutissimam tueri possit.
,, d hic enim unus plebi peracerbè sæ-
,, viendi prædandique non ignobilis prætextus, illa dulcissimi nominis (uti

a Liv. lib. 2, b Flagitia Dominationis popularis. c Suet. d Iov.

„ (uti prædicant) ab longo tempore
„ recepta libertas: a & *ſub titulo æ-*
„ *quandarum legum jura opprimendi li-*
„ *centia*: & ita *in vitium libertas ex-*
„ *cidat & vim dignam lege regi*: b Omnia enim & Regia & Ariſtocratica flagitia quæ enumeravimus, qualia ſunt: In Regni ſuſpectos ſævire immodicè; fidem violare: ſacras ædes diripere; aliorum bona invadere; aliaque inſolenter & crudeliter agere, hęc inquam, omnia etiam in populari ſtatu fiunt, & quidem multo magis. ſemper enim *neceſſe eſt Patritios multis magniſque injuriis affici ubi imperium plebis eſt.* Adeo nihil crudelius plebe; inprimis ducem nacta; non enim fa-
„ cile prima c vox plebis; ſed præe-
„ unte auctore, è veſtigio comitatur,
& contagione veluti inſanit.

a Liv. lib. 3. b Horat. c Tac.

PARS

# PARS V.

## *De Simulacris imperiorum.*

DEnique ad reip. ſtatum diu ſalvum & incolumem conſervandum, maximè utile, & omnino neceſſarium eſt, ut quædam imperii & libertatis ſimulacra obtrudantur iis quibus aliàs aditus ad remp. prçcluſus eſt: a *malæ enim reipub. ſignum eſt, ubi plebs nihil de imperio habet:* Et ſicut reconditç artes imperii de quibus jam egimus, plerçque ſunt, occultç, ſed validç quç opponuntur hominibus ſeditioſis, quive è reip: adminiſtratione removentur, ita *hæc ſimulacra, ſunt occultæ artes, ſed inanes*, b *caſſæque & vana jubendi jura*, quæ iis indulgentur qui extra remp. ſunt, *quibuſque aliud agitur aliud ſimulatur*: nam ſimulatur agi ut alii quoque participent imperium, at vero ſetiò contrarium fit: ſiquidem qui ipſum

a Ariſt. 2. pol. 8. b Iovius.

ipſum imperium habent, haut adeò magni hæc faciunt, quæ ſpecioſa tantum ſunt & umbratica, nugæque canoræ: & contra qui re ipſa carent, videri malunt, quam & non eſſe & non videri.

## CAPUT I.

### *Regii Imperii Simulacra.*

AC primò quidem *Regia ſimulacra ſunt occulta quædam veluti privilegia; ſed vana & hordeacea; quæ ab iis uſurpantur, qui imperio ſummo carent, ut quod non habent videantur tamen habere:* qualia ſunt magnifici tituli, primus in ſenatu locus, primaque vox ſententiæ dicendæ: munita & milite cúſtodita habitatio: ſacrorum cura, Regium ſepulchrum; gladium non tradere, ſed ſervare: legatos amplecti: ſummo & regio honore affici, nomen, linguam, habitum & veſtes retinere; aliaque his ſimilia

„ fumoſa ac inania uſurpare, [a] quæ „ externæ ſuperbiæ ſuetis, & quid jus imperii valeat ignorantibus grata ſunt atque delectant, ut iis perceptis altiora, & in quibus imperii vis conſiſtit, negligant: atque mutato Regno, umbra tamen prioris reip. remanere videatur.

## CAPUT II.

### *Simulacra Optimatum Imperii.*

EOdem modo *Ariſtocraticâ repub. in Regnum mutatâ*, Patritiis *imagines quædam libertatis relinqui debent*; „ [b] nec omnia momento mutari: ſed „ eadem vocabula magiſtratuum ſer- „ vari; cuncta per conſules incipi, & „ ſic denuò paulatim inſurgere, mu- „ niaq; ſenatus, magiſtratuum, le- „ gum, nullo adverſante, in ſe trans- „ ferre: ac vulgare nomen uſitatoſque „ titulos, non novos ac faſtuoſos uſur- „ pare: fratrem ſe civium, Princi- „ pemque

[a] Tac. [b] Tac.

„ pemque Senatus profiteri: Senatum
„ participem comitiorum facere, ei-
„ demque poteſtatem creandi magi-
„ ſtratus minores concedere; omnia
„ tamen moderante principe: Tum
„ pręmuniendæ regalis potentiæ Tri-
„ bunatum ingredi: *Pontifices arca-*
„ *norum magiſtros & adjutores ſibi ad-*
„ *jungere:* mutuas altercationes ſena-
„ tui præbere: his altercantibus ſilere:
„ de omnibus rebus ad ſenatum refer-
„ re, & quædam non magni momen-
„ ti ad eundem rejicere: in ſpeciem
„ etiam ea quæ majora ſunt offerre,
„ ipſe tamen vim imperii retinere,
„ [a] *Nec Deus intereſſe niſi dignus vindice*
„ *nodus inciderit:* b In arduis vero ne-
„ gotiis inclinatio Senatus incitamen-
„ tum eſſe quo promtius adverſeris,
„ ne alius dominationem ad ſe trahat.
„ Jurare ſe poſt aliquot tempus impe-
„ rium reſtituturum: Eas Provincias
„ Senatui regendas tradere quarum
„ incolæ imbelles ſunt. Exercitum
„ populi ſive reipub. vocare: Sena-



a Hor: b Tac.

„ tum caput imperii dicere, eoſque
„ duces belli & imperatores appella-
„ re: Dominoſque ſuos nominare:
„ Conſulibus & Senatui ſedenti aſſur-
„ gere, ac valedicere, imo & vecti-
„ galium jus ad tempus & in ſpeciem
„ acri libertate demandare, aliaque
„ ſimilia, quæ initio regni uſurpari
„ ſolent civilitatis indicia & illecebris
„ ac technis plena indulgere.

## CAPUT. III.

### *Plebei Imperii Simulacra.*

PORRO cum in Regno tum & in Optimatum imperio Plebi quoque ſimulacra quædam obtruduntur, quibus velut lacte ſe paſcit & infatuatur:
„ a Nemo enim eſt nomen daturus,
„ nemo arma capturus, *nemo dimica-*
„ *turus pro ſuperbis dominis, cum qui-*
„ *bus nec in rep. honorum, neque in re*
„ *privata connubii ſocietas eſt*: Spectaculis itaque ac donis, annonâ, laudibus,

a Liv. lib. 4.

bus, aliisque muneribus popularibus, atque otii dulcedine devincienda
„ plebs, *quæ fere duas tantum res anxia*
„ *optat, Panem & Circenses:* a Cumque
„ hujusmodi voluptates impune exer-
„ cet b omnia se assecutum esse existi-
„ mat, plerisque enim lubet dissolutè
„ magis vivere quam modestè: expe-
„ c ditque sæpe Principi plebem sic
„ occupatam esse: non omnibus ta-
„ men eadem conveniunt, & faciendi
„ aliquid vel non faciendi vera ratio
„ tum hominum ipsorum tum rerum
„ ac temporum initur.

d Quin *nec lubricum linguæ facile ad pœnam trahendum*; & frenandæ potius
„ linguæ quam vindicandæ, atque connivendum e magis ad leviora delicta, ne ea nimiis remediis accendantur, & irritentur; crudâ præsertim adhuc
„ servitute: f in nova enim regni possessione, omnia ferè patienda sunt:
„ & g *quoniam rebus plebs ulcisci nequit,*
„ *verbis usurpare libertatem cupit:* & sicut

a Iuven. b Arist. lib. 6, c, 4. c *Suet.* in *August.* Plin. 6. epist. d l. 7. ff. ad L. Iul. maj. e Tac. f Liv. lib. 42, g Iustin. lib. 9.

sicut naturâ loquax est, ita prçclarè secum agi autumat si possit linguâ ad criminandum pro lubidine uti; ac
„ [a] velut in civitate liberâ, linguam
„ mentesque liberas habere: *Princeps* autem qui mentem & nasum habet,
„ [b] *hæc contemnit, contentus ipsa vi im-*
„ *perii, & quod malefacere illi nemo*
„ *possit.* Imo & *spreta hæc exolescunt,*
„ *si irascare agnita videntur,* nimiaque
„ coërcitio alimentum famç est; *puni-*
„ *tisque ingeniis gliscit auctoritas:* Ne-
„ que aliud hi qui sævitiâ hic usi sunt,
„ nisi dedecus sibi, atque illis gloriam
„ peperere; [c] *Ars* autem *prima Regni est posse invidiam pati.* Cautè tamen faciet Princeps, si ex iis, quos potest, studiosè notet, & ab eisdem sibi diligenti custodiâ caveat. [d] Nam *sæpe*
„ *linguæ temeritas ad gladios pervenit:* & cum graviora delicta seditiones sçpe moveant, minime ea toleranda,
„ sed tollenda; [e] *Tutius enim est ferro*
„ *jam putida membra rescindi; Quam*
„ *partis*

a Suet: Tiber: b Suet: in Aug: c Tac. d Senec. e Curt. lib. 6. Gunth.

,, *partis vitio totum tabeſcere corpus:*
,, [a] ita tamen ut ſumma moderatione
,, ac lenitate, perpaucorum ſupplicia
,, res tranſigatur, & invidia facti in
,, ipſos reos transferatur: [b] *Rex enim homo eſt*, à quo impetres ubi jus, ubi injuria opus ſit, apud quem gratię locus eſt & beneficio, quique ignoſcere & iraſci poteſt: [c] *At qui fruitur pœnâ ferus eſt, legumque videtur vindictam præſtare ſibi:* Sed & *quandoque plebi indulgenda ſunt vel iniquiſſima*, [d] ut per æqua & iniqua concordia retineatur: [e] dummodo ita concedan-
,, tur, ne per metum feciſſe, ſed af-
,, flictis civium fortunis ultrò conſu-
,, luiſſe videaris. [f] *Proximæ enim ſedi-*
,, *tionis malè conſulta, aboleri in poſte-*
,, *rum poſſunt, & quæ per ſeditionem*
,, *expreſſa oportuno poſteà tempore mu-*
*tari*: Et ſicut peritus eques non ſemper, & uno tenore frenum ſtringit, aut calcaria ſubdit; ſed ſæpè laxat, & veluti adulando palpandoque quoquò



a Liv: lib. 4. b Liv: lib. 6. c Claud. d Liv. e Liv: lib. 2. f Tac.

versum ducit etiam ferocissimum equum atque inhabilem: sic viri prudentes in rep: plebem succussantem & ferocientem moderatè regunt, freno injecto, sed laxo, ne, si violento tractu reducant, se ipsos imperio excutiant. Externa autem & moderata civilitatis ac benevolentiæ species, ad dementandam plebem multum potest: a uti benignè illam salutare & comiter appellare, invitare, inanes illi prærogativas concedere, & concessas servare: ferias pro consuetudine dare, fasces & insignia iis submittere, aliaque b *minora indulgere, ut majora capites*: & si quando de plebis commodis contentio fit, etiam adversante & non intelligente senatu in licentiandæ, *inescandæque multitudinis causa quædam concedere, ut minoribus perceptis, majora omittant, vel promittant.* c Multi enim cum obesse vellent, profuerunt; & cum prodesse, obfuerunt: Atque hæc & id genus,

a Liv: lib. 2, &c, b Vellej. lib. 2,
c Cic. 3. de nat. deor,

genus, etiam majora, ubi obtinuit, res tamen ipsa abest: [a] *Respub.* enim hisce *simulachris non mutatur*, neque ea ex his ullo modo constat, aut definienda est: *cum certum sit summam reip. penes illos esse, qui suprema illa imperii jura*, de quibus initio egimus, ,, [b] *possident & usurpant.* Nec unquam ,, æquo jure agitur, ubi imperium ,, penes patritios, penes populum ,, auxilium tantum est: *nisi imperio* ,, *communicato, nunquam plebs in parte reip. erit:* Negandum tamen non est, *rationem gubernandi hisce simulacris non nihil immutari*; ita ut alia resp. propter varia simulacra magis popularis, alia magis regia vel Aristocratica videatur: Ratio enim gubernandi, non nunquam in iis consistit, at forma essentialis reip. in ipsa vi imperii.

c Quamvis etiam majora simulacra concedantur; & in populari statu consultores ex divitibus constituantur, iidem quantum fieri potest parcantur,

 & ex

a Simulachrorum imperii vis & efficacia. b Liv.
c Majora simulacra in populari imperio Arist.

& ex omnibus rebus, patritiis & divitibus, vel paria vel potiora communicentur: dummodo summum imperium excipiatur: hoc enim semper penes populum & pauperiores remanere oportet. [a] Sic quamvis in Aristocratico statu plebeis sive pauperibus ejusmodi status commendentur ex quibus rem facere possunt: quidam ex iis ad deliberationem vocentur: tam ex eisdem quam ex patritiis creëntur qui de iis rebus disceptent, de quibas postea pauci Patritii pro suo arbitrio statuant: item committatur populo potestas sciscendi ea, quæ anteà ab optimatibus decreta sunt: vel nonnullis ex populo relinquatur potestas absolvendi, non vero condemnandi: uti contra in populari statu ut patritii absolvere possint non condemnare: de non magnis rebus plebi leges condendi jus detur: [b] etenim *tum cætera paret turba, libens servit, propriis quia legibus auctor*: denique cives appellentur

a Eadem iu Aristocratico imperio. b Sidon:

lentur qui cives non sunt, in illa inprimis rep: in qua omnes cives suffragiorum capaces sunt: audientes enim se appellari cives, hac unica appellatione contenti, quiescunt sæpe, & res suas agunt: tamen hæc omnia à jure summi imperii longè distant & diversa sunt: [a] attamen videndum, ne hic nimis remissi simus; sæpè enim *indulgendo plurima*, *non melior plebs*; [b] sed cum *prima impetravit*, *alia ex aliis iniquiora postulando*, *insurgit*, & ex [c] multis parvis magnum fabricat.

# PARS SEXTA,

## CAPUT I.

### *Mixtæ Reip. artes Arcanæ.*

ATque hæc sunt pleraque quæ sub artium arcanarum nomine à scriptoribus comprehenduntur: quibus alia quædam abstrusa & recondita reip. administrandæ consilia addi possunt:



a Cautio. b Liv. c Arist.

ſunt: quæ omnia & ab rationibus, & à multarum rerum eventu obſervata ſunt: Nam ut in omnibus publicis ne-
„ [a] gotiis, ita etiam in hac doctrina *non*
„ *perinde dijudicari* poteſt, quid *opti-*
„ *mum factu erit, quam peſſimum fuiſſe quod factum eſt*: Atqui cum hodie pura atque ſimplex Reſpub. non facile reperiatur; & jamdudum illorum ſententia repudiata ſit, qui negant imperii jura dividi poſſe, fit ut in mixtis hodiernis rebuſp. unaquæque pars ſua habeat arcana quæ religioſè ſervat, vel etiam ſimulacra, quę alia alii indulget, de quibus multa dicere ſuperſedeo, cum cuivis promptum ſit ex prędictis decerpere & cognoſcere, quę cuique parti, & univerſæ reip: ut mixtæ conveniunt. [b] Sic in Imperio Germanico occultę artes quas ſcire eſt, fere ſunt, mutuis ille Principum metus atque reſpectus; imperatoris in reliquos ordines ſpecioſa vis ac majeſtas; Pacis publicę & religionis conſtitutio,

a Tac. b Imperii German. artes occultæ aliquot.

ſtitutio, violatæque pæna; Ne quis externus ad imperium evehatur, qui externa potentiâ fretus & conſortii impatiens libertatem peſſundet: ut diſcordantibus ſuffragiis Rex Bohemiæ prærogativam obtineat; ſupremum denique Cameræ judicium, quo imperii unico coagulo atque vinculo membra hæc continentur, ut laxari nequeant, quibus ſolutis nulla ſalutis ſpes reſtaret.

## CAPUT II.

### *Turcici Imperii conſilia occulta.*

IN Imperio Turcico occulta conſilia ſunt: Violenta gubernatio. magno metu, maximiſque ſuperſtitionibus induere plebem: conſilia agitare, non tam pacis quàm belli: nunquam à bello ceſſare: non facile deſerere Conſtantinopolim: filios atque imperii hæredes in arctâ habere cuſtodiâ, ne erumpant ac res novas moliantur: magna ſimulacra Baſſis &

Visieris indulgere, & affinitatibus ornare: plebem vel mercatura vel rebus bellicis occupatam tenere: interdicere ne quis ex devictis gentibus publicè in templis pro salute imperatoris preces concipiat; & alia plura in Alcorano Mahometano descripta: cujus totæ & singulæ ferè leges consilia arcana Dominationis sunt.

[a] In Rep. Venetorum omnia simulachra & externa Imperii species est penes Ducem: ipsa vis imperij penes Senatum: non facilè ad arma veniunt; neutralitati ferè student: partibus tamen auxilia mittunt: plebi humiliora munera, ut Cancellarii, Scribarum &c. permittunt & alia.

[b] In Rep. Norimbergensi, quæ ocellus est Germaniæ; consilia sunt: Cura census; familiarum præcipuarum dignitas; dignitatum gradus; distinctio, frequentia senatorum, in curiâ, velut in specula totius urbis: ut, ii qui ipsum imperium ac vim potestatis habent,

a Reip. Venetæ consilia. b Reip. Norimbergensis.

bent, externis illis simulacris abstineant, parcè & frugaliter privatim vivendo, tum in victu & vestitu, tum etiam in habitationibus: ut Senatores erga plebem humani sint, ac civiles, ergà improbos severi: ut plebei vel officiis vel insigni mercaturà occupati sint; & ut ad minores magistratus admittantur: ut optimatum filii arte equestri, bellicâ, literarià, variisque peregrinationibus præstent vulgò; ut de rebus in senatu decretis, ad populum posteà referatur: & alia alibi, [a] quæ *silenda, postquam Reges timuere futura* & *superos vetuere loqui: nec tantum prodere vati, quantum scire licet.*

a Luc.

CON-

## CONCLUSIO TRACTATUS.

*Usus & dignitas hujus doctrinæ in judiciis.*

VErum enim verò hujus doctrinæ dignitas & usus maximus est & præclarissimus; quippe quo non tantum omnes resp. conservantur; sed & à jure imperii, ejusdem simulacra & arcana discernuntur, ne quis turpiter ad crimen læsæ majestatis, contra omnem juris rationem, trahat ea, in quibus vix imperii illa arcana tentantur; nedum ipsum imperii jus ac majestas; & contra quæ juris imperii sunt ad simulacra referat.

[a] Deinde non tantum in negotiis pacis; sed & in bellicis; imò etiam in privatâ civilique vitæ conversatione usum & locum habet: in bellicis quidem rebus quantum arcana consilia;

a In bello & privata vita.

filia; & ſimulacra valeant, nemini in iis, vel parum verſato, ignotum eſt; neque hujus eſt loci demonſtrare: in privata verò & civili vita quoque ſua ſunt ſimulacra & arcana conſilia quibus emergunt multi, ſeque contra inimicorum injurias muniunt: ſunt & ſua jura, quæ nunquam virtuti contraria ſunt, uti inter cætera, *blanditiæ*, quæ *etſi vitioſæ & turpes in cæterâ vitâ ſint; in ambiendis tamen honoribus ac in petitione deſiderioq; magnarum rerum, omninò neceſſariæ ſunt, neque vitioſæ:* Etenim cum aſſentando aliquem deteriorem efficiunt, improbæ ſunt; cum vero amiciorem, non tam vituperandæ: Eodem modo ſunt quoque *vitæ communi ſua flagitia*; ſicuti cum alter ſupplantat alterum, vel per invidiam, vel in ſubſidium ſui: quales ſunt qui aliorum vitia excuſando exprobrant, & per alterius latus, alienique nominis jacturâ ſibi laudem exædificant; quamvis ſæpe dum nimium properant, ipſi deficiant. Contra hos miris & multis modis te munias oportet, ne

„ deci-

,,[a] decipiaris; multis enim ſimulatio-
,, num involucris tegitur & quaſi velis
,, quibusdam obtenditur uniuſcujuſ-
,, que natura: frons, oculi, vultus
ſæpe mentiuntur; oratio vero ſæpiſſi-
mè: Arcanæ itaque artes apprimè
vitæ communi ubique utiles ſunt, ut
videaris non intelligere quod intelli-
gis; ſolum enim [b] *inſidiarum remedium*
,, *ſæpe eſt, ſi non intelligantur, & peri-*
,, *culum diſſimuletur:* [c] Nam quidam
,, *fallere docuerunt dum timent falli.*
,, Deinde ut *oblato caſu ad conſilium*
,, *flectantur*, & quidem aliud agendo:
[d] minus dicatur, quam ſentitur: Do-
,, lor & metus premantur: ſimultates
[e] callidè nutriantur, manente in ſpe-
ciem amicitia: nemini facile fides ad-
hibeatur: [f] nam in *hoc uno viri* qui-
dam, *alioquin prudentiſſimi, honeſto*
quidem; ſed tamen *errore verſantur,*
*quod plures ſibi amicos, quam ſunt,*
*arbitrantur.* Ω φίλοι ὐδεὶς φίλος. Quid
,, enim aliud eſt hæc vita hominum
,, quam

a Cicer. b Tacit. c Senec. d Cic. e Tac.
f Plin. lib. 2. epiſt.

„ quam deceptio & ſimulatio ? Nemo „ ex animo loquitur, nemo palam „ mentitur: ſed vera falſis miſcentur „ atque exornantur, ut facilius im- „ peritis imponatur: [a] nemo ex pro- „ feſſo inimicitias alit, ſed callide; & cui implacabilius iraſcuntur, hunc ſilentio tranſeunt; in ceteros ſtatim invehuntur. Si quis aperte & ſimplicius inimicitias alat, citò fictis & occultis criminationibus obruitur, & quidem manente in ſpeciem amicitiâ: *Sed & de his alibi.*

[b] Hoc unum addere lubet: Non „ ſemper confidendum eſſe his artibus „ & ſimulacris, quæ finguntur & ad- „ umbrantur ad populum: ſuis enim „ operibus vana ſunt; & *ſæpe* neceſſe „ eſt procedente tempore, *ex falſis* „ *bonis verum malum evenire,* [c] & *inania* „ *Princeps, ac quaſi vana ratus, ſtultæ* „ *aſſentamina plebis ſpernit, & has alias* „ *properat adjungere clades:* Quare magna circa hæc conſilia arcana difficultas

a Tac. b Ariſt. 5. Pol. 3. Difficultas & cautio circa has artes. c Gunth. lib. 2.

cultas est, magnumque sæpe periculum ubi deprehenduntur: Nam si illi quibus insidiæ tales struuntur rem præsenserint, uno sæpe impetu remp. evertent; Ideoque non omnes ad hanc rem apti sunt; sed ii potissimum qui sunt versatiles & vultu ingenioque exercitato: quique videri nolunt quod sunt, nec circa omnia nimis cauti & abscissi: sed qui ea quæ speciosa facile permittunt, ut majora eliciant & con-
„ sequantur, quique in pactionibus fa-
„ ciendis non [a] *legem censoriam*, sed
„ *potius commoditatem conficiendi nego-*
„ *tii & liberationem molestiæ spectant*, atque in publicis negotiis ex re & tempore, *atque adeo in arena consilium capere* possunt:

a Cic.

A R-

# ARTES
# AMBIENDI
# DIGNITATES
# ET
# HONORES.

# ARTES AMBIENDI

## Dignitates & Honores.

### PROEMIUM.



N vita atque conversatione hominum civili, inprimis Aulicâ, apprime utiles sunt *artes* quædam, & *simulationes, dissimulationesque*, maxime iis qui honores & dignitates ambiunt: Quamvis enim *vitam* fere *omnium videatur regere Fortuna* a; dubiumque sit *fato ac sorte nascendi, ut cetera*, b *ita & inclinatio magnatum in hos, offensio in illos, an vero sit aliquid in nostris consiliis, liceatque inter abruptam contumaciam & deforme obsequium pergere iter ambitione ac periculis vacuum.* Minimè tamen credendum

a Cic. b Tac.

dum omnia fato regi & fortunæ committi : Prudenзia & recta administratio hic cum fortuna concurrunt : non ſecus ac in fritilli ludo peritus luſor ſæpe ſuccumbit, ubi fortuna ei adverſa eſt ; verum ubi eadem ipſi aliquo modo inſervit, dexteritate majore ludum dirigit & ad optatum finem perducit.

Difficile omnino eſt hujus vitæ artes & normam tradere ; cum *virtute ambire oporteat*, [a] *non* arte ac *favitoribus*, *& aut virtus nomen inane ſit*, *aut decus & pretium rectè petat experiens vir* : Verum, ut ſunt ſeculi mores, *Tutus ubique manet qui calliditate valebit : Non eſt ſimplicitas digna favore magis*, *multaque injuſta ac prava fiunt moribus*. Jam vero *qui prandet olus patienter*, [c] *Regibus uti non* opus eſt illi. Qui vero *Res gerere*, *& captos oſtendere civibus hoſtes*, *Attingere ſolium Iovis ac cœleſtia tentare* credit, fortuna & arte opus habet : nam *non cuivis homini contingit adire Corinthum.*

PARS

a Ter. Hor. b Ter. c Hor.

# PARS PRIMA,

ARtes igitur & præcepta quædam à majoribus & hodie uſitata, certaque vitæ norma in iis obſervanda: Requiriturque primo in iis *Civilitas* & a *Promtitudo* ad bene merendum de unoquoque; ut aditum *ubique ſibi parent*: Tum *Sagacitas*, *Perſpicacia* & *Dexteritas*, ut omnia ritè dirigant: Denique *Patientia*, *Humilitas*, *Audacia*, & *Peritia*, ut ſe ſtatumque ſuum tueantur & conſervent.

## CAPUT I.

### *Civilitas.*

CIvilitas præcipuè continet *Decorem* ſive *Decentiam* & *Affabilitatem*. *Illa* conſiſtit in comitate & gratiâ quadam ſermonis; vultu ac geſtu gratioſo ac modeſto; denique veſtitu proprio moribuſque digniorum accommodato.

E                                        Hæc

a Ejus diviſio.

*Hæc* officiosa *comitas* est, a in admittendo, excipiendo, salutando ac honotando quoslibet, iisque leviter ac cum delectu respondendo, omnia tamen cum gravitate decora, nobis iisque convenienti; pertinentque huc *facetiæ* quædam cautè & parcè utendæ, inspecta qualitate personarum, locorum, temporum, ac rerum sive causarum: ubique enim in hisce officiosis gratulationibus & colloquiis singulare judicium requiritur, ne ridiculos nosmet reddamus aliosque offendamus.

Huc quoque spectat b *Promtitudo benefaciendi* ac *beneficiorum grata recognitio*, *quibus benevolentiæ effecta præcipua continentur*, atque gratia auctoritasque acquiruntur: *munera*, c *crede mihi*, *placant homines que Deosque*, cum *beneficium* d habeatur *veri amoris index*: Sed & hæc, ut fere omnia, cum judicio agenda, curandumque imprimis ut munera sint talia quæ placent

a Affabilitas. b Promtitudo benefaciendi. c Ovid. d Sen.

placent & grata erunt ei cui dantur: deinde ut palam dentur quæ consequi gloriosum est; clam vero quæ succurrunt infirmitati & ignominiæ, iisque tantum nota quibus prosunt. Tum ut promtè & liberali animo, non quasi invitè donentur: Nam hoc modo data, care venduntur, *gratumque bis est*, a *quod opus est ultrò si offeratur*. Denique gratuitò & sine spe compensationis munera conferantur: *Turpis* enim b *fæneratio est beneficium expensum ferre*: & *beneficium qui dedisse se dicit, petit*: Imo si beneficii nostri finem non consequamur, continuandus potius est affectus noster si ejus favore indigeamus: *Beneficium* namque c *sæpe dare, docere est reddere*. Sed omninò cavendum ne alicui munus conferendo, alterum offendamus, & sic ab una partè perdamus, quod ab altera acquirere studemus.

Sed & *beneficium* d *oblatum vultu & animo* læto verbisque gratiosis *recipi, acceptum laudari*, sæpe commemorari &



a Sen. b Sen. c Sen. d Remunerandi.

& tempore oportuno, (non nimi curiose quæsita occasione,) *compensari* debet. [a] *Beneficia plura recipit qui scit reddere*, sed juxta ipsius beneficii, auctoris, & remuneratoris conditionem & facultates: Nam uti [b] *grave tormentum est debere cui nolis*: sic *jucundum est ab eo accepisse beneficium*, *quem amare etiam post injuriam possis*.

## CAPUT II.

### *Perspicacia sive Calliditas.*

ATque hisce fere *gratia & aditus* ubique *parantur*. Jam vero *ut omnia rite dirigantur & administrentur*, *Perspicacia* sive *Calliditas* & *Dexteritas* in negociis requiruntur.

*Perspicacia* sive *Calliditas* in eo præcipue consistit ut sciamus discernere *Personas*, *res* & *earum affectiones* sive *circumstantias*, juxtaque normam earum, *actiones* nostras *dirigere*, *loqui* aut *tacere*, ut alios opinioni nostræ conformes reddamus. Dis-

a Sen. b Sen.

*Discrimina* vero hæc *Personarum*, *Rerum & circumstantiarum* infinita sunt, sed tantum præcipua huc pertinentia indicabimus.

In [a] *Personis* considerandę *vires* earem sive *facultates interiores*, tum *conditiones Exteriores*.

*Facultates interiores* sunt *intellectus* & *voluntatis*. *Ab illo* dependent *judicium*, *imaginatio* & *memoria*. Qui *judicio* pollent sunt ficciore cerebro, uti senes & pauperes grande dolorum ingenium est. [b] *Miserisque venit solertia rebus*: atque hi [c] *non ignari mali miseris succurrere discunt*, magisque ratione quam autoritate ducuntur. *Qui imaginatione* valent, calidissimi sunt temperamenti, & minus prudentes, sed verbosi, impetuosi & audaces in exequendis iis quæ decreverunt: *memoria* temperamentum humidius amat, ideoque in juvenibus major est, & manè, quam in senibus & vesperi: hi non minus sunt vani, quam imaginosi: sed auctoritate & exemplis magis ducuntur: *Volun-*

a In Personis discernendis. b Ovid. c Virg.

[a] *Voluntas* etsi per se sit indifferens, sive libera ad omnia objecta; sequitur tamen reprobatve fere id quod intellectus judicat bonum vel malum: variæ enim sunt, circa objecta, inclinationes hominum, quæ plerunque ex actionibus & sermonibus, si bene attendamus, dignoscuntur. neque tantum motum voluntatis varietates & differentię nobis considerandæ sunt, sed & notitiæ earum usus; ut occasione oblata solerter iis ad commodum nostrum utamur.

[b] *Varietas motuum voluntatis nostræ* procedit ex diversitate modorum quibus objecta à nobis percipiuntur: Nam cum aliquid *ut Bonum* respectu nostri, nobis repræsentatur, id sui *Amorem* excitat: si consideretur ut præsens, *Gaudium*, dum acquiritur, parit: dum possidetur, *Voluptatem*; si respiciatur ut absens, *Desiderium* facit; & si habeamus media ad illud consequendum possibilia, *spem*; sin vero impossibilia nobis videantur, *Desperationem* concipimus. Si

a Et earum voluntate. b Motus varii voluntatis.

Si vero quid *ut malum* reſpectu noſtri, nobis objectum ſit, producit *Odium* ejus, & deinde *Horrorem* : ſi præſens ſit malum vel abſens bonum, *Triſtitia* oritur : ſi propius malum ſenſus afficit, *moleſtia* & *Dolor* : ſi honorem concernit & exiſtimationem ex ipſo actu, *Pudor*, poſt actum *Dedecus* ſive *Probrum* naſcitur. Si malum inſtat, vel boni potiundi difficultas repreſentetur, *Metus* ſubit ; ſi malum tendat ad extinctionem naturæ noſtræ *Pavor* : ſi malum à nobis commiſſum, *Pœnitentiam* : indigno illatum *commiſerationem* excitat. Si malum ſit infra vires noſtras, ſubit *Audacia* propulſandi ; ſi nobis re ipſa, vel conatu, inflictum ſit, *iram* excitat, aliis vero factum *indignationem*.

Quandoque alterius bonum nos male habet, alteriuſque malum, bene ; prout erga eos affecti ſumus : inimicis enim aut æmulis noſtris ſi benè res ſuccedat, *invidia* nos angit. Boni, quo ſoli frui deſideramus, ſi alter fiat particeps, Ægritudo animi

 ſive

ſive *zelotypia* concipitur : Bonum quoque indignis collatum *indignationem* parit. Si illud ipſi quoque ambiamus æmulationem.

Hi præcipui *voluntatis* noſtræ *motus* oſtendunt, quam varia boni & mali objecta ſunt. Sed ut hic ea nobis uſui eſſe poſſint, ulterius progrediendum, quærendæque rationes vel *excitandi* eos *in aliis*, vel *moderandi in nobis* ipſis *&* *aliis*; vel (ſi ita res poſtulet) comitate obſequioſa *ſe conformandi arbitrio aliorum.*

## CAPUT III.

### *Hi motus excitentur in aliis.*

UT excitentur ii in aliis, tria cognitu neceſſaria ſunt, ſcil. *quomodo alter ab altero producatur*; *quibus modis excitentur*, præcipui inprimis à quibus ceteri dependent, & *quæ perſonæ* ad hunc vel illum magis *inclinent*.

Series

*Series & ordo* a *affectuum* ſive motuum, quomodoque illi producantur, fere ex ſuperioribus patet, eſtque talis: Amor, deſiderium, ſpes & audacia, lætitia & his adverſi: odium, horror, metus, ira, triſtitia: ita ut lætitia & triſtitia ſint duo affectus, in quos cæteri terminentur, cæteri fere ordine inter ſe carent, ſed quatenus hiſce permiſcentur, ordinem & locum accipiunt. *Sedes omnium* quo ad corpus *in corde* eſt, quatenus vero mentem quoque afficiunt, *in Cerebro*; quoniam mens ab hoc ſolo immediate patitur, & opinione boni vel mali objecti diverſimo de afficitur. Namque corporis ope tale quid conſequi vel effugere vel alio modo dirigere cupiens, ſpiritus animalis, ope conarii (quod perpetuo a ſpiritibus animalibus & ſubtili materia agitatur) varie per nervos in cor ejuſque vaſa & fibras aliaſque corporis partes determinat, unde illa plus ſolito vel conſtringuntur vel dilatantur, ſan-



a Ordo eorum & ſeries.

guisque vel parcius vel copiosius distribuitur, ita ut totum corpus variè perturbetur affectusque varii producantur.

a Sed pergo ad causas easque magis communes quibus affectus hi excitantur, & quidem b *Amorem* conciliant. Parentela, familiaritas, obsequium, morumque consensio: id velle quod utile & dignum est eis quorum amorem excitare volumus: ut avaro lucrum, ambitioso honores, juveni voluptatio, oblectamenta &c. offerre: quorum c *Desiderium* facile in iis excitatur qui ea sibi convenire credunt: sed ut hic motus vehementior fiat, media erunt proponenda quibus facile comparari possunt; Et sic una eademque opera d *Spem* in ipsis excitabimus; ostendendo eorum potentiam, opes, auctoritatem, favorem, parentes, amicos, inclinationem divorum, hominumque, & quod alii idem consecuti sint. Hinc e *Confidentia* & *Audacia* conci-

a Bonorum Causæ. b Amoris. c Desiderii. d Spei. e Audaciæ.

concipitur ad rem exequendam, sive acquirendam; eaque quæsita sive ad statum finem perducta, succedit [a] *Lætitia* quam producit cognitio boni quæsiti & possessio realis; quamvis sæpe & imaginaria, quam desiderium, spes & memoria nobis representant, non minore lætitia nos afficiat; quod negligentes sæpe simus in utendo rebus quæsitis, & [b] *tum demum nostra intelligamus bona, cum, quæ in potestate habuimus, ea amisimus.* Uti & malum sæpe metu & mente sive memoria ac imaginatione prçoccupatum, nos non minùs torquet quam prçsens.

Jam verò *ut cognoscamus eos qui magis* [b] *hisce affectibus pareant, noscenda* erunt *objecta ipsis grata*, & *generatim* indoles sive ingenia tranquilla, urbana, blanda, humilia, non maledica nec rixosa affectus hos facile suscipiunt, ut & illi, qui oblectamentis, ludis & voluptatibus delectantur, amantque blanditiis demulceri, venerari, & honore affici: item miseri-

 cordes,

a Lætitiæ. b Plaut. b Qui hisce affectibus magis obnoxii.

cordes, officiosi, sociabiles: non vero solitarii, pervicaces, arrogantes, dissimulatores, fraudulenti, vindictę cupidi, & à reconciliatione alieni: *speciatim* facile *spem*, *confidentiam* & *Audaciam* arripiunt animosi, promti & fervidi, iique qui multum confidunt suę autoritati, fidei, potentię, opibus, atque scientię, usu inprimis quęsitę: item qui semper prosperâ usi sunt fortuna, quia hi fere faciles, ignorantes & imperiti sunt: his adde juvenes, stolidos, stupidos, eosque qui vino calent, quia ptęcipites & incauti sunt.

[a] Cognitis affectibus qui versantur circa objectum bonum, facile pervenitur ad cognitionem contrariorum, qui objectum habent malum, quamvis violenti magis sint, quia vehementius afficiat homines malum quam bonum, *altiusque injuriæ quam merita descendant*: [b] *Odium* concitatur non tantum illis rebus malis & noxiis quas quis ad se & suos pertinere censet, verum

a Malorum affectuum causæ. b Odium.

verum & iis quas ad ſe non judicat pertinere. Quomodo & eum odimus qui nunquam nobis nocuit: eſtque fere inſanabile, & ſine moleſtia; producitque *horrorem* ſive *tergiverſationem*, quę non poteſt eſſe ſine *metu:* magis quam *Deſiderium* ſine *ſpe:* omnia quę nocere poſſunt, metum incutiunt: in primis inimici, & potentes, à nobis offenſi, ſi audacia & confidentia adſit: quorum *peſſimi qui iram tegunt, quos neque ut apprehendas neque ut mittas ſcias* metum & faciunt qui conſcii ſunt alicujus ſecreti, quod divulgari nolumus, [b] *ſcire volunt ſecreta domus atque inde timeri.*

Qui *odii* affectibus magis obnoxii ſint, ex iis quę de Amore, ei contrario diximus, facile judicatur: *Metus* vero cadit pręcipue in debiles, pauperes, ſenes, qui deſtituti ſubſidiis, opibus, amicis, fide & auctoritate; non facile in conſtantes, Potentes opibus, viribus, amicis, fide & auctoritate; nec in eos qui ſemper proſpera

a Metus. b Iuvenal. c Qui ad hos propenſi.

ſpera uſi ſunt fortuna, & qui deſperatæ ſalutis ſunt, quibuſque a *una ſalus nullam ſperare ſalutem.*

b *Uſus hujus affectus* in eo conſiſtit, ut ſi aliquem exuere velimus ſpe, quam concepit negocium aliquod conficiendi; difficultatem & impedimenta ei obſtantia demonſtremus, malumque imminens exaggeremus, taceamus vero remedia quibus ea forte ſuperare poſſit, & eum prudentiorem reddamus: ita tamen, ne *diffidentia* omninò ſubeat; quam ſequitur *Deſperatio*, ubi quis animadvertit ſe bonum conſequi, vel malum effugere non poſſe: unde mox moleſtia & *Triſtitia*, in qua hic affectus ſæpe quieſcit: aliquando vero parit plures affectus alios, quorum præcipui ſunt & frequentiores *ira*, *pudor*, *miſeratio*, *invidia*, *indignatio* & *æmulatio.*

c *Iram* comitatur, *odium*, cum deſiderio *Vindictæ*, *malum vitâ jucundius ipſa*: cumque ejus cauſa ſit contemtus ſive contumelia, major & minor

a Virg. b Uſus hujus affectus. c Affectus iræ.

minor est ratione causę & subjectę personæ. [a] *Procerum* enim *iræ plumbeæ* sunt [b] *& gravissima probi hominis iracundia* : at diutius obsidet ira feras incultasque mentes, quam eruditas & expolitas : facile irascuntur superbi, vani, arrogantes : iracundiores sunt incolumibus languidi, maribus fœminę, juvenibus pueri & senes, fælicibus ærumnosi, ob mollitiem & mentis eorum debilitatem : sic & ii qui obsidentur desiderio, amore, suspicione aut metu, ad iram proni sunt.

[c] *Pudor* cum sit quasi *existimationis custos*, facile invadit eos qui honestatis & dignitatis studio ducuntur, & contumeliâ afficiuntur, *habitatque in oculis*.

d *Miserationis* affectui fere omnes indulgent, in primis debiles, & non ignari malorum; soli maligni & invidi, stupidi & fortunæ prosperitate cæci, vel adversis desperabundi commiseratione non tanguntur.

*Invi-*

a Plaut. b Sen. c Pudoris. d Miserationis.

a *Invident* homines maxime paribus aut inferioribus cum se relictos sentiunt, illos autem evolasse: Sed & superioribus sępe vehementer invidetur, maxime si intolerantius se jactant, & æquabilitatem communis juris, dignitate vel opibus transeunt: invident etiam qui prosperis rebus utuntur, quippiam tamen desiderant, quod ob res pręclarè gestas sibi deberi existimant præ ceteris: item ambitiosi glorię & honorum, uti qui fere putant alterius existimationem augeri damno suę.

b *Indignatio* est dolor ob alterius fortunam secundam, quia sit indignus: ut *Impius hæc tam culta novalia miles habebit? Barbarus has segetes? Mopso Nisa datur; quid non speremus amantes?* & excitatur indignatio cum vitę prioris sordes ac vilitas cum pręsentis temporis opibus & potentia conferantur. Sed optimus quisque & virtute insignis huic affectui obnoxius est, cum enim iniquitatem oderint, ferre

a Invidiæ. b Indignationis. c Virg.

ferre non possunt indignos preferri dignioribus.

a *Æmulatio* non procedit ex eo quod alter indignus bonum adeptus sit; sed quod ipse eo careat, ideoque hoc affectu maxime corripiuntur magnanimi & dignitate clari, uti & juvenes, ortique nobili stemmate, & quicunque bona & honores optime norunt quibus carent, eaque consequendi spem habent. Unde sepe plures excitat in nobis actiones laudabiles ut bonum consequamur.

Hec breviter de causis affectuum magis universalibus, & de Personis que iis maxime obnoxie sunt: unde cognoscitur quomodo voluntatis motus excitandi prout loci, temporis, personarum & rerum occasiones & circumstantie postulant.

a Æmulationis.

## CAPUT IV.

*Affectus ut moderandi in nobis ipsis & aliis.*

VEnio ad *usum Cognitionis horum affectuum & quibus modis* ac rationibus eos tam *in nobis ipsis*, quam *in aliis moderari & cohibere possimus*: nisi enim nosmet in ordinem cogamus, quomodo alios retinebimus? *Tunc observantior æqui fit populus*, a *nec ferre negat cum viderit ipsum Auctorem parere: nec sic inflectere sensus humanos edicta valent, quam vita Regentis*: Ardentes enim & acerbę illę animę commotiores perplexos homines & in negociis dirigendis ineptos reddunt; toti vero mundo imperare dignus & aptus est qui eas freno moderari & regere novit in se & aliis; quod fit b *morum Comitate* vel *Animi fortitudine*, naturali & quęsita educatione, usu

a Claud. b Moribus & Animi fortitudine.

usu ac prçceptis & *Prudentia* ac *Aversione* : cum enim pleræque fere res mortalium duas videantur habere ansas, quibus eas prehendere & attrectare datur, ratioque rationi opponatur, bonum à malo, melius à pejore sæpe difficulter discernitur. Nunquam [a] igitur subitò ac præcipitanter quicquam pro bono aut malo recipiendum, nisi tale esse evidenter perspexeris : & si affectus nostri circa boni vel mali considerationem violentius abripiantur, commoda & incommoda ejus plene & diligenter utrinque perpendenda erunt. & objectum nudum considerandum sine illis qualitatibus quæ illud pejus meliusve reddere videntur : Cum enim malum præsens maxime molestum sit & triste, quod tamen tempus non mitigaret si revera tale esset. Deme igitur imaginatione, præsentiç ejus circumstantiam, & conformem veritati facias imaginationem tuam & senties motum hunc multo esse minorem. Sic futurum

a Vera æstimatio rerum.

futurum malum metuere tormentum maximum eſt, *dum ſemper gravius æſtimatur emergere quod timetur.* Abſit ergo futuri metus cum multa interim emergere poſſint, quæ prævifum malum avertant : Et ſic illæ perverſæ opiniones fere procedunt ab errore vulgi, præjudicio, debilitate, credulitate & ſollicita noſtra indagatione, quibus cuncta in pejorem partem accipimus & interpretamur, adverſus quæ animus confirmandus, conſiderandæque perpetuæ hominum imperfectiones & defectus, & quod *cito decipiatur qui facile credit.*

[a] Sed & ante omnia vires noſtræ æſtimandæ erunt, & cum iſtis quę aggredimur comparandę. Vires autem noſtræ non tantum conſiſtunt in auctoritate, fide, amicis, & capacitate noſtra, aliiſque modis quibus id quod petimus conſequi poſſemus; ſed & in voluntatis noſtrę apta conſtitutione ad perferendum & tolerandum omnia, quæ in prenſationibus

hiſce

[a] Et Virium noſtrarum.

hisce occurrunt. *Dulcis inexpertis cultura potentis amici, expertus metuit. Quisque se metiri debet suo modulo, &* si non potest quod vult, velit quod potest.

b Ut Porro affectus nostri in ordinem redigantur, Prudentia succedit, cujus effectus primus est summovere à se causas & occasiones omnes quę in nobis excitare possunt affectus immoderatos; facilius enim est eos aditu intercludere, quam admissos regere. *Deinde* prævidere mala & bona quę in persequendo negocio occurrere poterunt, eaque examinare diligenter, ut si *quæ invecta diritas casu foret, nulla imparatum cura laceret recens.* Denique avertere malum si fieri potest: si non, consuetudine sibi id repræsentandi levius facere; cum *tela improvisa minus noceant.*

c Demum Aversio sive Diversio in hisce affectibus usui est, fitque vel proponendo animæ commotę aliud objectum, affectui moventi accommodatum;

a Hor. b Prudentia. c Aversione.

datum; vel divertendo eam ab uno affectu ad alium diversum vel ei contrarium, ut *sic clavus clavum expellat:* in quibus tamen curandum, ut objectum illud subornatum, animo ejus gratum sit & eum non minus afficiat, quam illud quo occupatur: Ac si unum objectum non sufficiat, plura illi offerat, *ut quæ non prosint singula, multa juvent.*

## CAPUT V.

*Complacentiâ quomodo voluntas alterius dirigatur.*

SEquitur ut ostendamus quomodo Obsequiosa Comitate, quam *Complacentiam* vocant, affectus & voluntas dirigantur; hæc consistit in eo ut nos conformemus affectibus, ac rationibus, modisque agendi alterius, quę fere ab Aulicis in Adulationem versa est; sed tamen in multis utilis & necessaria reperitur.

a Sic *irato rudi* quodammodo nos conformare debemus, non directe adversari, caute tamen & cum judicio; ut si vindictam quærat, proponamus ei plures vindictę modos, remque eo modo dirigamus, ut eligat modum cujus executio plurimum requirat temporis, quo certus magis ac tutus sit; ut interim ira considat & rationi locus sit.

b Sin *mitior persona injuriam passus* sit, vindictæque difficultates & pericula perpendens, civili satisfactione & purgatione contentus sit, laudanda ejus fortitudo qua iram & vindictę impetum compescit, item prudentia, qua confert & examinat injuriam cum suis & injuriantis qualitatibus.

c Si *Metu percitus* omnia etiam minima pericula consideret, & ad ea quę tuta magis quam honesta sunt, inclinet: rationibus metum ejus suffulciemus, prudentiamque laudabimus, securitatis matrem: leves & temerarios alio modo procedentes dicemus, aliaque

a In irato rudi. b In mitiore. c In metuente.

que, quæ laudare pudor eſt, excuſabimus?

a Contra ſi *confidens* nullum omninò metuat periculum vel damnum, ſeque capacem paratumq; exiſtimet exequi quod propoſuit; laudanda ejus prudentia & promtitudo decernendi, conſtantia proſequendi, audacia exequendi, periculumque imminuendum: ac qualitates ejus & potentiam aliaſque conditiones & media quibus negocium perfici poteſt extollemus, alioſque eodem modo egiſſe referemus.

Si b *pudore tactus* moleſtus ſit, velitque tegere, vel excuſare peccatum cujus eum pœnitet: oſtendemus ægrimoniam ejus nos afficere, & quod inviti ea commemoremus, pudoremque hunc ex indole laudabili & honori æmula procedere: neminem honeſtum hiſce caſibus non obnoxium eſſe, eoſque tempus actioneſque contrarias ex hominum memoria delere.

c Si *impudens* qui non movetur malis

a In Confidente. b In *Pudore*. c In impudente.

lis exiſtimationem lædentibus, ignominiamq; irrogantibus, laudet, & cum voluptate memoret facinora ſua: ab hoc homine ſi non expedire nequimus, *ululandum erit cum lupo*, dicemuſque contemni debere eos, qui nimis hominum de ſe opinionem curant & captant, uti qui *coguntur à gratis animum ſuſpendere rebus, utque vivant vivere deſinunt.*

[a] Qui *Benevolus* aliquem laudat, honorat, defendit, & cum res exigit monet & exhortatur; hujus delectum probabimus, conſtantiamque & officia erga amicos collaudabimus.

[b] Si vero *oderit*, eum quoque vituperabimus & malefacta ejus exaggerabimus, fingemuſque mala ejus nobis gaudium parere, bona triſtitiam.

[c] Qui *promti* ſunt *in officiis conferendis*, gaudentque occaſiones ad hoc ſibi dari, imo eas explorare; hi quoniam laudari, amari & honore affici expetunt, laudabimus eorum promtitudinem & munificentiam, officium-



a In Benevolo. b In Malevolo, c In magnifico.

que præſtitum aut præſtandum oſtendemus eſſe pergratum; & nos beneficii memores fore verbis, miniſteriiſque officioſis.

[a] Si vero *cum ingrato* (qui quantum fieri poteſt vitandus) nobis negocium eſt, officium illi collatum diminuemus, animum ejus qui præſtitit inſimulabimus, dicemuſque durum eſſe, cui nolis, debere ſine juſta cauſa: eoſque ſolos ſapere qui diſtinguunt officia vera à fictis & ſimulatis, [b] & ſic de cæteris: ſed affectibus hiſce, qui homini probo vitandi, non facile officiis noſtris nos implicabimus, niſi coacti & cum judicio, ne probitatem offendamus.

[c] Quandoque enim cogimur *tam vitia quam virtutes* eorum quibuſcum verſamur, imitari & flectere ſe, & conformes reddere omnium moribus; modo ut nihil coacte facere videaris, etenim,



a In ingrato. b In miſericorde. c In malis.

a *Pectoribus mores tot sunt quot in orbe figuræ,*
*Qui sapit innumeris moribus, aptus erit:*
b *Quisquis in ambigua se non accommodat aula,*
*Omnibus ingeniis non habet ingenium.*
*Vita quid est aliud nisi scena? aut ludere disce*
*Curis sepositis, aut cruciare miser.*

## CAPUT VI.

### *Conditiones Personarum exteriores, diversæ.*

HUc usque de *Personarum differentiis*, quæ procedunt ex facultatibus earum interioribus, *pergo ad conditiones earum exteriores*, quæ & infinitæ; nos eas tantum attingemus, quę cognitioni interiorum inserviunt, & in conversatione civili fere servantur.

Hæ ab *ætate* dependent vel *Fortuna*: ætas varie distinguitur: sed morum diversitas apparet maxime in *juventute*, *virili ætate* ac *senectute*.

c *Iuvenes* plerique facile & vehementer impelluntur ad ea quæ concupiscunt. d Concupiscunt autem statim



a Ovid. b Ouwe. c Iuvenili. d Iul, scal.

tim & multa potita contemnunt; ad alia animum appellunt. Præceps illis potius animus, quam magna volvens: Iram animumque in fronte & ore gerunt; Impetus eorum deliberationi antevertit, facta verbis, pænitentia perfectioni: Honoris & Prærogativæ exactores importuni potius, quam seduli vindicatores, contemtus ultores: ipsi diversorum â suis studiorum contemtores: Laudatoribus suis favent, odere monitores: Potentiæ studiosi: opum negligentes: spe enim alunt fiduciam sui: Liberalitatem exercent ignari fortunæ deterioris: omnino simplicitatem profitentur & ab aliis exigunt: Parum suspicaces, creduli multum: Honesta utilibus anteponunt, nondum enim acuit eos rerum experientia; sibi ipsis lex sunt: sodalitatum atq; societatum studiosi: sibi ita vivunt, ut credi velint aliis quoque vivere. Nihil fere iis mediocre. Alienarum miseriarum pii observatores; suarum securi: In jocos soluti, verecundiæ obnoxii in erroribus, elati in benefactis.

a *Senes* Maxima ex parte moribus his contrarii ſunt; & quia diu vixerunt, parum ſperant, pauca moliuntur, præteritis gaudent eaque ſola probant præ iis quæ præſentia ſunt, quibus non acquieſcunt: Novarum rerum ſunt obtrectatores, ſemperq; habent quod objiciant. Solliciti officiorum exactores; ad rem attenti, lenti ac difficiles ad perſuaſiones, cauti & ſuſpicioſi: multa enim indigna aut ſe aut alios perpeſſos meminere: & uti adoleſcentes ſpe, ita ſenes memoria metiuntur omnia, raro dejiciuntur de ſententia: rariſſimè ſibi alias anteferri ætates patiuntur: meticuloſi; pertinaci ulterioris vitæ exſpectatione queruli. Odia & convitia, non petulanter, ſed hoſtiliter exercent: garruli, triſtes, importuni interpellatores, ſemper aliquid imminentis mali minitantes, unde exercent frequenter comparationes. Avari, de omnibus dubitantes, nil certi conſtituentes, neque amant neque odere vehementer; commiſeratione



a Senil. Iul. ſcal.

tione tamen, quia debiles sunt, maxime tanguntur.

a Inter duas hasce extremas media sive *Virilis ætas* est, utriusque affectuum particeps, ita tamen ut quæ in illis ætatibus immoderata sunt vel deficiunt, mediocria hic inveniantur: non nimis confidens & arrogans ut juvenilis: neque nimis meticulosa & diffidens ut senilis; moderationem adhibens moribus, & negociis judicium, agens circumspectè, jungens honestum cum utili; colligensque prærogativas quæ separatæ sunt in juvenibus & senibus.

b *Fortunæ* quoque ratione variant Mores; *omnibusque modis, ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus:* hæc quatuor præcipue modis spectatur; scil. quatenus sumus Nobiles, Potentes, Divites, vel Fortunati.

c Nobiles honoris maximè studiosi sunt & d *superbi, contemtores aliorum,* etiam nobilium sive hominum novorum, *commune Nobilitatis malum.*

a Di-

a Virili, b A fortuna. Teren. c Nobilitate. d Saluſ.

a Divites contumeliosi sunt & inflati, arrogantesque, divitiis b enim ac felicitati summæ inest c sapientiæ opinio, uti quibus excæcantur, & omnia venalia esse censent: molles quoque sunt & vani, luxuriâ diffluentes, ingrati, & vindictæ avidi, d *si quid eis benefacias, levior pluma est, plumbeas iras gerunt.* Sed insolentius nihil divite novitio; hi rationem iis utendi ignorantes, injuriam inferre gaudent petulantiâ magis quam malitiâ ducti, e *arbitrantur enim sine injuria potentiam levem atque inopem esse.*

f *Potentes* Divitibus fere similes sunt, nisi quod animo magis virili & honoris studiosi sint, ac in omni vita modestius se gerant, ut gloriam augeant, industrii quoque magis sunt, ut opes & potentiam conservent & consequantur. Injuriæ eorum Potentiæ respondent in rebus majoribus: neque facile cum iis in gratiam redeunt, quibus diffidunt, & qui se offensos sentiunt.

 a For-

a Divitiis. b Pind. c Pind. d Plaut. e Cic. f Potentiâ.

[a] *Fortunati* nomine omnes cęteri veniunt, eorumque fere mores sequuntur superbos & insolentes, majoremque fortunam major ira comitatur. [b] *Luxuriant animi rebus plerumque secundis: Nec facile est* æquâ *commoda* mente pati.

Porrò ex contrariorum natura satis cognoscitur quibus moribus sint ii qui his opponuntur. [c] *Omnes quibus res sunt minus secundæ, magis sunt nescio quomodo suspiciosi: ad contumeliam omnia accipiunt magis; propter suam impotentiam se semper credunt negligi.*

Ad *differentias conditionum exteriorum* pertinet quoque considerare num illæ personæ cum quibus nobis negocium est, sint *Domestici* vel externi, *confidentes*, vel minus: [d] nobis *majores*, minores vel æquales, bonę indolis, vel pravę: *veraces* vel mendaces: *gratiosus* vel *severus*, *elatus* sive *modestus*: ejus intersit vel non: hę enim qualitates singulę peculiarem requirunt agendi modum. Cum

a Felicitate. b Ovid. c Infelicitate. Terent.
d A conversatione & indole.

Cum *Domesticis* enim & *confidentibus* liberius agendum; cum *externis* & *diffidentibus* prudentius. *Superiores* honorandi, *æquales* reverenter, *minores* comiter & urbane excipiendi: cum veracibus eisq; quæ sunt bonę indolis, confidenter & sincere versabimur: *mendacibus* & *malæ famæ* personis minime, etsi pignus in manu habeant, credendum: cum *gratiosis* familiariter, cum severis moderate & paucis verbis agendum. *Elatis* & ambitiosis expetiti honores exhibendi, & ostendendum quod eos magni faciamus: cum *modestis* sine omni cura & affectatione vivendum: *Malignis* & malitiosis aures non facile præbebimus, ita tamen ne sentiant nos eos pro talibus habere: *Benignis* omnia amicitię officia exhibebimus: *Officiosos* quotidie gratiose prensabimus: *inofficiosos* vitabimus. Cum iis *quorum interest* prudenter agemus; & quatenus inreresse versatur, non facile eis credendum, aliter ac cum iis quorum nihil interest.

## CAPUT VII.

*Calliditas in Rebus Discernendis, sive Actionibus.*

ATque hæc *de Personis*, & quomodo (vario earum respectu) nos gerere debemus ut omnia rite dirigamus. Sequuntur *differentiæ rerum*, sive *Actionum* potiores, quas & nosse oportet, ut negocia nostra bene expediamus.

Harum inprimis *causas* considerare oportet, quæ eis primum conferunt motum, & a *rationes* quibus ad finem perducuntur: *Finem* item ob quem negocium sive rem aggredimur: *Et Eventum* quem poterit sortiri.

*Causæ* & *Rationes* sive media cognoscenda an sint Necessaria, vel minus, possibilia vel non, facilia vel difficilia in exequendo: *Fines & effecta* an sint bona vel mala, proxima vel remota: inque his omnibus consideranda justitia. Actio-

a Præcognitione causarum & mediorum.

Actiones hominum quandoque producuntur ex pluribus causis ordine subsequentibus vel simul concurrentibus, quarum *Principales* distinguendæ ab[a] *Adjuvantibus*: *Necessariæ* ab iis quę non nisi facilitatem & commoditatem majorem conferunt.

*Principales* rerum sive Actionum *Causæ resident in* Personarum *Potestate* actioni sive rei æquivalente, *ac voluntate*, quas deprehendere poterimus ex earum circumstantiis & qualitate: scil. an sint justę, utiles, possibiles, faciles, vel minus; item ex opinione, sermone, actione & gestibus exterioribus earum, tum ex personis adjuvantibus, mediisque & rationib. rei accommodatis denique ex loci & temporis commoditate ac opportunitate, atque examinatione impedimentorum quæ nobis obstare poterunt, remediorumque quibus illa amoveri & executio facilior reddi. *Facile* autem judicatur quod perfici potest sine magno labore & sumtu, breviv-



a Principalium.

brevique tempore, absque ope plurium personarum & rerum, de quibus disponere nobis difficile erit.

a *Necessitas* ante omnes ceteras consideranda : & omnia quæ obstant, nec evitari possunt, viribus ac impetu superanda omni modo, ut finem propositum consequamur : Attamen primò momenta finis quem consequi optamus, quique ad eam necessitatem nos adigit, bene examinare debemus & conferre cum molestiis & impensis quæ in mediis eis necessariis superandis ferenda erunt ; nam si hujus damna, illius commodis majora erunt, satius erit aliò consilium suum vertere : Videndum quoque num plura sint media huic fini inservientia, quorum inprimis certiora, tum faciliora, denique minus inhonesta eligenda etunt : necessitas enim, quæ legem non habet, & finis honestus, media minus honesta quibus ad finem honestum consequendum usi sumus, excusabit & teget.

a Post

a Necessariarum.

[a] Post causas & media, *finis* & *eventus* Negocii sive Actionis considerandi, scil. Bonum & Malum quod eos comitatur, non ut Philosophi ea definiunt, sed ut communis de iis opinio est, maxime eorum qui actionis participes & adjutores erunt. Bonum vero quod est respectu honestatis, utilitatis vel voluptatis. Justitię denique splendore omnia hæc illustranda quatenus fieri potest, quę fere constat regulis generalibus & particularibus, usu, statutis, vel interpretatione receptis; sed usu ac consuetudine inductę, magis hic valent.

## CAPUT VIII.

*Calliditas in differentiis circumstantiarum discernendis.*

SEquitur denique ut rerum & personarum affectiones, & circumstantias differentes, earumque ordines

a Item per cognitionem finis & eventus Boni, Mali.

nes cognoſcamus, & juxta eas dirigamus verba noſtra vel taciturnitatem, ut alios ſententię noſtræ conformes reddamus: in quo primum eſt Prævidere impedimenta quę alios à negocio noſtro avertere poſſent, ut eorum favorem acquirere difficile ſit: ea fere procedunt, vel à nobis ipſis, vel ab iis quos inducere volumus, vel ab adverſariis noſtris iiſque quibus negocium noſtrum diſplicet vel nocere poſſet, denique ab ipſo, quod ſuſcipimus, negocio.

In [b] *Nobis ipſis* conſideranda, *quare negocium hoc ſuſcipiamus*, ultrò an rogati ſive mandato alterius: tum *quam opinionem* plerique, etiam ille quem volumus inducere, *habeant de nobis*, de familiaritate, probitate ac prudentia noſtra, maxime ratione negotii ſuſcepti: Deinde *ratio ac ſtatus vitæ noſtræ* & auctoritas ſive favor quo valemus, quem gradum dignitatis obtineamus; parem, ſuperiorem vel

a Prævidendi impedimenta. b Iiſque in nobis pſis,

vel inferiorem eo : ut hisce sermones nostros reddamus conformes, ita tamen ut meminerimus gratiorem esse modestiam auctoritate imperiosa. Ante omnia vero cavendum ne malitię, imprudentię aut animi malevòli signum in nobis deprehendatur, vel quicquam dicamus moribus & actionibus nostris manifeste contrarium.

*Qualitates*, quæ imminuere possent favorem & autoritatem nostram, *aliæ*, id *in se habent*, uti ætatis imbecillitas, imperitia, ignorantia, imprudentia, levitas, inconstantia & arrogantia: *aliæ nos suspectos reddunt* ei ad quem perfugium habemus, uti potentia, auctoritas, commodum quod ex negocio speramus, invidia, metus, ira, aliusve affectus : tum quod alio tempore inutiliter idem tentaverimus vel simile : quod sæpe de eo sermones habuerimus, neque quicquam promoverimus, quod opinione nostrâ decepti sæpe fuerimus ; quod primi de eo locuti simus vel æquo citius, tardiusve.

Impe-

Impedimentis hisce bene examinatis, quædam ingenuè, juxta qualitatem eorum, tanquam culpanda, fatebimur: cetera vel non agnoscemus, contrariumque ostendemus, vel ratione excusabimus, vel imminuemus, vel alio compensabimus bono, vel bona mente nos fecisse demonstrabimus: denique sortem fortunamve aut naturam rerum culpabimus, vel in alium, si quæ est culpa, rejiciemus.

In aliis quos inducere volumus, ut pro nobis sint, non tantum consideranda ætas, status, professio, mores, affectus ordinarii, capacitas ingenii, solertia, & prudentia; sed & animus ipsorum erga negocium quod eis commendare volumus; item rationes & respectus quos habere poterunt erga res & personas diversas & iis commoveri magis in illam quam nostram inclinare partem: semperque tenendum vulgus & imperitos utilitate magis duci: honestiores & nobiliores,

a In iis quos inducere volumus,

liores, honeſtate : & fere omnes magis eſſe promtos ad fugienda mala, quam ad facienda bona ; illorumque metu, quam horum ſpe vehementius affici : tum facilius perſuaderi meticuloſos, diffidentes & ancipites, ne quid agant, quam ut agant.) Conſiderandum inſuper num aliquod aliud ſit impedimentum aliunde procedens : uti an contrarium ei perſuaſum ſit : an faſtidiat plura de hoc negocio audire & loqui : an à ſua parte ſpes nulla ſuperſit : an alienus parumque ſollicitus ſit efficere quod petimus : an ab adulatoribus, iiſque qui nobis adverſantur ſit præoccupatus : atque in his omnibus gerere nos debemus & agere juxta rerum & perſonarum qualitatem : eumque aliquando leniter reprehendere, & officii ſui admonere, ut pergat conſulere & prodeſſe amicis : quandoque animare & demonſtrare ei occaſiones felicis ſucceſſus, ſi conſiliis melioribus uti velit : ſimulque perſuadere ne audiat ſibi adverſantes : quandoque,

que, ubi res postulat, incusare fortunam suam aliudve quid : promittere remedia prompta ac facilia, & affectus alios in eo moderari, alios excitare, juxta ea quæ supra tradita sunt.

a In iis qui nobis adversarii sunt considerabimus an nobis obsit eorum auctoritas, favor, potentia, sagacitas, vel alia aliqua qualitas, quam diminuemus quantum ratione fieri potest : vel potius augebimus, & ostendemus periculum esse ne aliquando noceat ipsi; præ oculis ei objiciendo confidentiam illius & animositatem, & quam ea sit suspecta & sæpe noxia;idque magis minusve aperte vel libere inspectis qualitate personę, aliisque circumstantiis ; eaque circumspectione semper, ut ea vitemus quæ nocere, & adducamus quę prodesse poterunt. Si autem adversarius noster vitiis quibusdam obnoxius sit, sitque impudens, adulator, donis corruptus, factiosus, rixosus, incon-

a In adversariis nostris.

constans, malignus, affectu aliquo vel utilitate impulsus, hisce ad commodum nostrum utemur, eique fidem arrogabimus quantum fieri potest: si ratione nitatur debili, stupiditatem & imperitiam ejus proferemus.

Si nobis obsint, quibus consilium nostrum nocere possit, quia amici, parentes, vel alio modo obligati sint ei quem nobis addictum volumus; dicemus noxam eam minoris esse momenti; & è contra proponemus commoda multo esse majora, vel denique persuadebimus illius studium & affectionem erga ipsum esse immutatum.

a Denique negocium ipsum quandoque impedimentis implicatum est, & minus gratum, ut quia sit nimis difficile, ab opinione communi alienum, non verisimile, periculosum, injustum, indignum, minoris momenti; quandoque frustra tentatum, & decretis contrarium, quę omnia caute

a In ipso negocio.

caute negabimus & mitigabimus, vel difficultates, pericula & damna cum negocii pondere pensitabimus, ac demonstrabimus causam hanc aliam induisse faciem, & exempla in omnibus non convenire, & sic omne præjudicium esse rejiciendum. Si tamen necesse sit persuadere quod minus honestum est, necessitatem, consuetudinem, aliorum exempla, temporisque injuriam prętendemus, aliosque nostrę opinioni addictos allegabimus, finemque causæ meliorem, *utilitatemque honesti matrem*, proponemus. Si Necessitas ab alia parte stare dicatur, negabimus eam hic subesse, facta comparatione cum similibus causis, & demonstratis rationibus negotium absque aliquo discrimine conficiendi.

Si vero à negotio divertere aliquem velimus quia nimis difficile est, difficultates ejus ordine recensebimus, & rationibus, circumstantiisque exaggerabimus: Si hoc absit, utilitatem arripiemus, eamque nullam, mini-

minimam vel incertam exſpectari poſſe oſtendemus; & ſi negocium minus proſpere ſuccedat; quæ mala ſint metuenda explicabimus. Si utilitas nobis ſervire non poſſit, ad juſtitiam & honeſtatem confugiemus, conſiliumque hoc parum illi honeſtum & maxime injuſtum eſſe probabimus.

Denique ſublatis impedimentis, nitendum ut quantum negotium ferre poteſt, nos conformes reddamus inclinationibus ejus quem nobis acquirere volumus; omni ratione & modo officia noſtra illi exhibendo, ſuſcitando in eo affectus nobis commodos, faciendo eum certum de noſtro erga eum amore, & quanti eum æſtimemus, quodque nihil velimus quod ei nocere poſſit, in omni ſermone probitatem & integritatem ſervando.

## CAPUT IX.

### *Calliditas in ſermone.*

AD Calliditatem quoque ſpectat ut cognitis perſonarum, rerum, & circumſtantiarum variarum differentiis, ſecundum eas ſermones noſtras dirigere vel tacere ſciamus, & ſic alios in ſententiam noſtram trahamus: in primis autem & decorum *modeſtiaque obſervanda*, ſtudendum *brevitati*, tam reſpectu noſtri, quam eorum cum quibus loquimur, vitandæque obſcuritas, importunitas, mendacium ac vanitas: *importunitas* eſt, dicere moleſta, aut inepta; idem ſæpe repetere & loqui dum alius loquitur. Mendacium autem dicit, qui ipſe aliter credit quam dicit; ſi enim ipſe credit vera eſſe quæ refert, [a] non eſt proprie mendax; ſed errat, aſſerendo ea quæ certò neſcit, taliaque cautus tacebit, exiſtimationem enim lædunt,

a Mendacia fugienda.

lædunt, ſic & ii qui animi & ridendi cauſa falſa proferunt, ludionem magis vel ſcurram agunt, quam virum honeſtum: ſi vero quis mentiatur, ut commodum inde conſequatur, aliumque damno afficiat, hic vitandus omnino; ſocietas enim hominum non pravis, ſed bonis continetur officiis: ex diverſo ſi mendacio aliquem juvet neminemque lædat, poterit abſolvi, ſi res mereatur.

a Qui de ſeſe ambitioſe & glorioſe loquuntur, vani & fere mendaces judicantur, & mendacia eos odioſos, vanitas ridiculos reddunt: Sic qui aliis detrahunt, quamvis vera dicant: ob malevolentiam eorum, odioſi ſunt, laudandi potius alii ſive nobis ſint ſuperiores, pares vel inferiores, b *Vis ut ameris ama*, ut lauderis lauda: Ac ſi eos laude dignos reddis quos antecellis & æquas, ipſe quoque laude dignus eris: Neque adulatio ſe eo uſque extendit, & ſi adulatio, ſit excuſatione tamen digna erit quâ ſine alterius damno,

a Vanitas. b Ovid.

no, & pudore, damnum avertere vel bonum aliquod consequi nitimur. Aliud erit si quem ob vitia & scelera, vel ob id quod non fecit laudes, ut eum decipias, vel risui exponas: hoc enim virum gravem dedecet.

[a] *Vanitas* complectitur jactantiam & Arrogantiam: *jactantia* sive *propria laus sordet* & ridiculos homines reddit: quamvis multi velint, eos, qui magnificè de se loquuntur (dum gratiosis fiat verbis) sæpe proficerè: verum modeste & caute de se dicere præstat, quamvis illi si vera jactent, veniâ aliquâ digni sint.

b *Arrogantia* comites habet *Pervicaciam* & *contentionem*: *illa* non vult alterius sententiæ concedere, *hæc* vult ut suæ cedatur: utraque vitanda, uti odiosa & injuriosa; c & si quandoque, contentio fiat, non nimis confidenter & cum acerbitate ac pertinacia; sed leniter & submissis verbis dirigenda erit; quasi instrui, non docere velimus, & quasi dubitemus & hæreamus, non sen-

a Et jactantia vitanda. b Arrogantia. c Contentio.

ſententias & decreta proferre ſtudeamus : & quaſi hæc contentio ex re nata non aliunde & longe petita ſit, cauſamque non perſonam concernat: ideoque adverſarium laudare, & quandoque ei concedere & errorem noſtrum fateri convenit : Sed omninò cavendum ne cum iis contendamus, quibus reverentiam debemus, ne offendantur : vel cum iis qui nobis multò inferiores ſunt, ne eos nobis imprudenter exęquare videamur, & victi ignominiam, victores *egregiam vero laudem* referamus. a Denique prudenter cavendum ne in hiſce contentionibus admiratione vel offenſione commoveamur, quamvis inepte, inconſtanter, temere, atque importune præponantur multa : Verum ea omnia conſiderabimus, quatenus nobis utilia eſſe poſſint vel in talium hominum conſuetudine, vel ut nobis caveamus propoſitumve negotium proſequamur.

a Virg.

## CAPUT X.

### *Calliditas in simulando.*

IN his & in ceteris multa simulatione & dissimulatione, (pręcipuo Calliditatis membro) utendum, ut tutum tibi iter facias per tot hominum fraudulentas, & malitiosas vias: qui chartulas lusorias oculis alternis exponunt, sibi sociisque damnum inferunt; tegendę sunt, non multum fidendum iis qui se facilè produnt. a*Qui cuivis quidvis credit, male creditur illi. Quo credis mihi plus, hoc tibi credo minus.* Maxime verò simulate & rectè agendum cum iis, qui, ut è nobis quid eliciant, occasiones captant demerendi fidem nostram, communicando nobis minoris momenti negotia, ut majoris ponderis iis credamus, fingendoque amare hos, odisse illos, quamvis longe alia iis mens sit, aliudque clausum in pectore, aliud

a Ouwen.

aliud in lingua promtum habeant; item inducendo dubitationem, ut introſpiciant noſtram voluntatem; his ajo tecte agendum, cavencum his ajo tecte agendum, cavendumque (ne intelligere videaris fraudes eorum, & ſic ars arte deludatur.

a *Diſſimulatio* non tantum verbis, ſed & ſilentio actibuſque fit externis, ſcilicet b *tacendo* id *quod nocere poſſet* nobis vel amicis noſtris; & inprimis *nos offenſos* eſſe, ut facilior nobis vindictę pateat porta, & ne illi cauſam demus graviores inferendi injurias & vindictam præveniendi: nam ſæpè utile eſt aliorum injurias & inſidias videri non intelligere; ſi tamen ſilentium nos ſuſpectos magis redderet, ſatius eſt declarare animum noſtrum; ita ut poſt leves quærelas perſuadeamus ei nos non amplius injuriæ memores fore.

c *Verbis diſſimulare* majoris eſt induſtrię: ſunt qui ſermones abrumpunt & ad alia tranſeunt; verum hoc non ſemper ſuccedit: tutius eſt re-



a Diſſimulando. b Silentio. c Verbis.

ſpondere & ut milites ex acie ſe recipiunt, non fugiendo nec pugnando, ita hæc tria ſervare : ſcil. veritati penitus non contradicere : non dicere ea quæ non decet poſſentqne nocere : dictionibuſque dubiis & ambiguis eum ſuſpenſum relinquere: & quo reſponſio condita & retenta, eo laudabilior eſt.

a Externis actibus & geſtibus vultuque *diſſimulamus* affectus noſtros, ut gaudium, dolorem, ſpem, metum, iram alioſque, & audire & videre, quæ dicuntur & fiunt, quoties cum fructu divulgari non poſſent: & contra ſpem vultu *ſimulamus*, cum premimus altum corde dolorem.

b Huc quoque pertinet ut ſciamus eorum cum quibus agimus mentem & cogitationes perſpicere & quaſi nobis aperire, & quod fit modo, paulò ante hic relato, item contentione; cum fervore ſermonis multi abripiantur

a Geſtibus externis. b Mentem aliorum inſpiciendo.

piantur, ut proferant non proferenda: a *Sic ludimus incauti ſtudioque aperimur ab ipſo, Nudaque per luſus pectora noſtra patent: & Reges dicuntur magnis urgere culullis, & torquere mero quem perſpexiſſe laborant: in vino* enim *veritas*; quæ omnia tempus & occaſionem requirunt.

Atque hinc patet, Callidi hominis eſſe, Valere ingenio promto, ad examinandum particulatim ſuas & aliorum actiones: videre, perſpicere & judicare omnia: pauca loqui, legere ſe & cogitationes voluntateſque ſuas, & nihilominus utique comitate & gratia, vultuque ſereno procedere.

## CAPUT XI.

### *Dexteritas.*

CAlliditati adeò conjuncta eſt *Dexteritas* in negociis tractandis, ut una ab altera abeſſe non poſſit.



a Ovid. b Hor.

Hâc enim feliciter magis negocia expediuntur, redduntur que facilia & grata, quæ difficilia & molesta videbantur. Dexter enim qui est sive ut dicitur Ambidexter, omnia excipit & exhibet sine felle & acerbitate; aliorum dictis vagis, sive ex impotentis animi affectu prolatis, non afficitur: at qui sermonem aliorsum vertit, transitque leni saltu & verbis accommodatis ad subjectum magis gratum: omnia ejus cum quo agit verba & acta in meliorem partem accipit, & interdum (ubi expedit) fingit se non bene intelligere quid dicatur, ut responsum paret, neque ex improviso deprehendatur: Si negotium sit anceps, posticum, ut ajunt, sibi repetit: eoque modo causam proponit, ut ex eventu adversa abnuere, vel prospera agnoscere possit: imo & concedit ea in quibus ratio ab ejus parte stat, ut in majoribus causis adversarium demereatur: nullibi se pertinacem exhibet, sed ubique tractabilem; quandoque contendit, aliquando

quando remittit; neque ei religio eſt in alterius tranſire ſententiam, ejuſque procedendi modum amplecti.

Ante omnia vero cavet ne ſe ab alio abalienet rumpatque jura familiaritatis: & ſi cum importunis & prolixioribus agat, multitudine aliorum negotiorum ſe excuſabit, & in aliud tempus cauſam differet: vel demonſtrabit fieri non poſſe, vel negotii qualitatem non ferre, ut hoc tempore & loco peragatur.

Difficillimum vero & maximè moleſtum eſt, negare alicui quod petit, cum quiſque ſibi perſuadeat, juſtum & æquum eſſe quod petit: pluribus placuit omnia promittere quamvis non poſſint, vel velint præſtare; ſperantes interim, aliquid fiere poſſe quo excuſentur, vel liberentur: & ſic quieſcit petitor, qui ſæpe magis amat hac ſibi moneta ſatisfieri, quam ſpe nuda: Verum huic conſilio ſemel locus eſſe poteſt: ſi enim eo ſæpe quis uti velit, tanquam impoſtor diffamabitur: nec minus ille qui ambi-

tione prava ductus, petitores ſpe lactat inani, ut major rogantium turba ſit, & ſuperbiæ ſuæ longum habeat ſpectaculum: optimè: cum his agitur qui non promittunt, niſi id quod volunt, poſſunt, & tenentur præſtare. Sed ſi id quod petitur tale non ſit, expedit differre negotium quantum fieri poteſt, ut interim deferbeat, vel ei aliud quid offerre quo ei gratificari, & benevolentiam noſtram probare poſſimus, quamvis neque de eo felix exitus ſpereatur: vel denique verbis ejuſmodi promittere quæ præciſe non obligent: & licet hoc ab ingenuitate ſit alienum: iniquitate tamen rei petitæ excuſari poterit: præſertim ſi cauſa recuſationis magis ex defectu potentiæ quam benevolentiæ procedat, de quo eum certiorem reddere facile eſt promittendo favorem ſuum oblata occaſione meliore. Et quæ non dederis ſemper videare daturus, qua ſpe animatus non tantum lenitur repulſa, ſed & pro favore & gratia apud moderatiores habetur.

CA-

## CAPUT XII.

### *Quæsitus favor ut tuendus.*

HUc uſque de *Calliditate* & *Dexteritate* quibus negotia ab ambientibus prudenter dirigenda & adminiſtranda erunt. Reſtat ut pauca dicamus de *Prudentia*, *Humilitate*, *Audatia* & *Peritia* ſive Habilitate, quibus ſe defendere ac munire, partumque favorem tueri poſſint.

a Patientia fere conſiſtit in ferendis injuriis & moleſtiis : injurias vindicare adeò ſæpe non conducit, ut ne fateri & cognoſcere eas expediat : ſic ferenda & diſſimulanda aliorum vitia, ſe cenſorem ferre eorum odioſum maximè eſt, etiamſi vera ſint : tum enim magis lædunt, & ſi uſpiam, hîc veritas odium parit : Deinde, ut ut moleſtum ſit, candidatus aſſiduæ præſens eſſe, ac vigilare neque cauſam, neque Principes quos ambit



a Patientia.

bit ne quidem ob repulſam vel offenſam quamcunque deſerere debet, [a] *arbitrio domini tempora perdat ſui: vaneſcit abſens & novus intrat amicus*: nihilque mutationi magis obnoxium, quam Principum & Magnatum voluntates ſive favores, hi, ut fluxus marini, perpetuò accedunt, receduntque. Sed & abſens ſæpe calumniis defertur, quod omninò cavere, & bene Principibus merendi occaſiones obſervare debet. Nam & hic, ut in Amore, [b] *Auriga hora eſt. Caſus ubique valet, ſemper tibi pendeat hamus, quo minime credis gurgete piſcis erit.* Et ſæpe res parva favoris adipiſcendi cauſa eſt. Sed & negotium quod cum ratione ſuſceptum mordicus ad finem uſque proſequendum erit, occaſioneſque omnes captandę, nihil feſtinanter & intempeſtive agendum, [c] *multos peſſumdedit, qui ſpretis quæ tarda cum ſecuritate, præmatura vel cum exitio properant; & ſpes ſuaſmet anteire parant.*

*Humi-*

a Ovid. b Ovid. c Ta.

a *Humilitas* hic non minus utilis, cum enim fere nobis agendum ſit cum vanis, & ambitioſis hominibus, qui nulla ſæpe qualitate ſpectabiles, delectantur hiſce ſubmiſſionibus & honorum exhibitionibus, minime ea negligenda erunt, uti quibus ſibi exiſtimationem quærunt, eò magis quo minus ſe meritos putant: attamen in iis Humilitas non conſiſtit: ſed ea apparet in [a] animo ſive opinione, voluntate, ac moribus noſtris.

b Humilis enim debilitatem ſuam fatetur, nec multa præſumtione turget: nihil ſupra vires ſuas attentat. Nec verbis jactat, quę re ipſa efficere nequit; voluntatem ſuam cohibet, c paretque mandatis eorum à quibus dependet, omnibuſque ſuis affectibus moderatur: moribus & actionibus externis & vultu compoſito & modeſtus eſt: d riſu moderatus, ſalutationibus venerandis gratus: ver-



a Humilitas. b Ex Animo. c In voluntate. d In moribus.

bis officiosus, sermone parcus & congruus, tacens dum rogatur; ad ea quæ dicuntur attentus: non tantum superioribus, sed & ęqualibus & inferioribus se submittit; Horum etenim auxilio sæpe opus est: sed hæc omnia juxta personarum & rerum qualitatem, ita ut humilitas decenti comitate & affabilitate comitata sit: Et quamvis ii qui ex humili loco subitò emersere, arbitrentur se priorem suam qualitatem superare non posse, nisi elate se gerant, & quodammodo reverendos se faciant, donec memoria anterioris conditionis deleta sit: verendum tamen est, ne superbiâ sueti difficulter & tarde ea se expedire possint.

a Audacia quoque requiritur qua aditus paretur ad loca plurima; animusque confirmetur ne ob repulsam unam atque alteram deficiat; sed semper eodem vultu, fiduciàque se sistat. *Audentes fortuna juvat, tardosque progressus habet verecundia.* Et licet

a Audacia.

licet importunitas hæc pluribus molesta ſit, ſunt tamen qui urgeri volunt & debent; cum judicio tamen & modeſtiâ: ne impudentes & procaces ſimus, & contumeliam infelicemque eventum reportemus.

a Denique ut cum omnis generis hominibus agere, cauſaſque varias tractare poſſimus, Peritia ſive Habilitas neceſſaria eſt, & ut in iis omnibus egregie verſati & exercitati ſimus; maxime in iis quæ plurimi à Principibus æſtimantur: tales enim apud eos potiores ſunt.

Præterea diligenter inquirere & cognoſcere debemus affectus & inclinationes eorum qui Principis negotia adminiſtrant, iiſque ſe miſcent, & quo eorum vergant commoda, incommoda, aliaque his cohærentia; quod fere difficile ubi miniſtri frequenter mutantur.

Hæc ſunt fere *quæ ambientibus ſcire neceſſe eſt*: jam paulum majora dicemus, & *quomodo iis uti debeant* ad Princi-

a Peritia.

Principum ſibi gratiam comparandam, conſervandamque, & quo pacto Principum in ſe benevolum conſtantem, aut vacillantem, mutatumque animum deprehendere, tum malum ſuum prævidere, ut mature ſe recipere caſumque evitare poſſint, declarabimus.

## PARS SECUNDA.

### *Principum gratia quomodo acquiratur.*

PRincipibus placuiſſe viris uti non ultima laus eſt, ſic neque ultimus labor: *Dulcis inexpertis cultura potentis amici, expertus metuit*: ad eorum gratiam acquirendam, inprimis opus eſt, ut te noverint, *ignoti* enim *nulla cupido*: a Deinde ut actione aliqua inſigni; aut virtute eminente, aut (quę ratio fere uſitatior) aliena commendatione

a Duobus modis.

ne te ipſis probaveris. Quibus familiæ ſplendor & autoritas officii ratione aditum ad Principem & remp. dant, hi viam fere dimidiam confectam habent: quibus hæc negata; gravius inter prima principia laborant; ſed ubi inceperunt, evehuntur ſæpe ſupra alios, quia de paupere fortuna ſublevati Principes ſolos dignitatis ſuę auctores magis obſervant, coluntque demiſſius: & oppreſſio eorum rurſus facilis. Secus eſt in natis magnatibus, qui & de proprio honore tuendo ſolliciti, ubi auctoritas eorum adverſus auctores ſuos inſolescit, ſine diſcrimine reprimi non poſſunt; ideoque ad iſtos promovendos difficiliores ſunt Principes Reip. æmulatione quadam vel metu. Porro duæ præ ceteris tritę viæ ſunt quibus ad gratiam Principum Reip. & auctoritatem aditus dantur: una ambientium munera & dignitates publicas; altera eorum qui quærunt ſecretioribus Principum ſive Reip. negociis innecti, & *quod acquirendæ pecuniæ*

*pecuniæ brevius iter, ad procurationes extraordinarias adhiberi.*

## CAPUT I.

### *Principum Favor ut acquiratur.*

SEd, qui nosci à Principibus & diligi cupiunt a candidatis, *considerandi* sunt *mores, conditionesque* tum *Principum* Reip. tum *familiarium* eorum qubus plurimum confidunt, item *magnatum & eorum qui ipsos regunt, aliarumque minorum gentium, quæ vel opem ferre, vel nocere possunt.*

[a] Principum maximè necesse est ut inclinationes perspectas habeant, quę corporis temperamentum fere sequuntur, naturam enim licet expellas, furcâ tamen usque recurrit, & vix à cautis Principibus regitur, ut non erumpat denique, & abjectâ veluti personâ, vultum ostendat suum. : Consuetudines & inclinationes

a Cognitione affectuum Principum & obsequii.

tiones eorum variæ sunt; quæ tamen fere ad *magnitudinem* & *voluptates* referuntur: *illa* consistit in fama, opibus subditorum & robore, fideque exercituum, in quibus qui scitè accommodare noverint operam, haud dubie acceptissimi erunt: uti & illos qui *voluptatibus* & affectibus eorum vitiosis gaudent, & se *omnium horarum amicos jucundissimos* sistunt, magni faciunt. *Exeant aula qui volunt esse pii* & vitam agere penitus innocentem; difficilis hic probitatis custodia: quamvis in Reip. in Principum sapientum, & qui viros amant honestos, familia vivere longe minus difficultatis habeat: Dissoluti Principes per-raro probos sibi adjungunt, quia securiorem inter sibi similes vitam fore arbitrantur: attamen ubique reperies probum, qui nec abrupta contumacia Principes irritat nec deformi obsequio in libidines consentit; Horum quidem vita molestior inter tot improbos, verum laborem hunc major quoque gloria animi-

animique ſolatur voluptas : Quinimo ſi prudenter agant, ſeque accommodent iis quæ imitari non poſſunt, vel potius licentiam Principum, conſiliaque perverſa divertant flectantque eò unde minus periculi & publico & famæ eorum metuendum ſit: etiam peſſimis tandem grati erunt.

a Sed & Principes Reip. raro dicendi libertatem æquo animo ferunt, ideoque ab horum convictu abſtinere vel ad eorum placitum loqui diſcent & adulatione quadam vanitati eorum ſatisfacere, eoſque ſibi devincire, at non quovis modo, & ſordide nimis ac ſerviliter, quod & ipſis diſplicere poſſet : ſed ut *aliquid ex vero* b *& ſpeciem libertatis habeat*; ac ex animo loqui, non Principibus tantum, ſed aliis quoque videantur famæque ſuę conſulere.

Jam verò cum Principes plerique, vix alio reſpectu quid conſulant, quam ut mentem eorum qui conſuluntur

a Adulatione. b Tac. c Conſiliis.

luntur perſpectam habeant, vel decreta ſua plurium ſuffragiis probentur, cavendum ne ſe immiſceant eorum conſiliis, etiam vocati, ne honeſte ſubterfugere non poſſint; quo caſu ſollicite Principum mentem rimari debent, ne quid ſuadeant quod eos offendat: ſi dubia voluntas, atque quo inclinent non appareat; propoſitis in utramque partem argumentis ſapientiæ Principum cauſam commendabunt, qui & liberius quod ſibi placuit eligent, & ſi eventus non reſpondet, prudentiam ſaltem eorum agnoſcent, qui futurum caſum præviderunt: a Si de re iniqua vel illegitima ſententiam dicere Principes urgeant; moras nectent, petentque ut alii aſſumantur, ut quid ex dignitate & ſalute Principum ſit, maturius ac diligentius poſſint examinare: Quantumque fieri poteſt mala & Reip. pernitioſa conſilia eorum impedient ſive remorando, ſive difficultates objiciendo, ſive alia mitiora

a *Pravis.*

tiora ac plausibiliora proponendo.

[a] Si non consilium, sed modum exequendi injusta decreta quærunt, proponendi sunt illis modi tales, qui ab executione remotiores sunt, iique vel facilitatis, vel æquitatis, vel securitatis velo obducendi, simulque ostendendum, quę subito fiunt, discriminum, difficultatumque esse plena: Si tamen præcipites nimis sint, moræque impatibiles, neque tutiora, facilioraque amplecti voluerint: excusabunt nihilominus suasores, affectus erga Principes & prudentię quasi anxietas, qui tarda maluerint cum securitate quam prææmatura cum exitio. Sed & ii qui ingenio ad facetias apti, eoque nomine apud Principes gratiosi sunt, ceu aliud agendo, fabulisque appositis pericula, & turpitudinem consilii repræsentando, animos eorum sępe mutant: Verum dexteritas hîc ingenii & dicendi lepos, si usquam requiritur: ut ex re nata & non studiose quæsita videan-

a Executione decreti mali.

videantur & faſtidioſas eorum aures non offendant: Quod ſi pugnare in aliquem Principum affectum res omnino jubet, explorare labor & opus erit alium affectum, æque in illis validum: atque eo modo luctam aliquam & certamen in animis eorum excitare. Inprimiſque cum cura oſtendendum, quicquid dicamus, à veneratione & obſequio proficiſci.

## CAPUT II.

### *De Cognitione Temperaturæ, & ut ei obſequendum.*

ATqui ut hæc omnia felicius ſuccedant, Temperaturam eorum noſcere magnopere conducit, quam licet communem fere cum aliis habeat; tamen uti potentiores in aliis, ita in affectibus & inclinationibus moderandis impotentiores ſunt, quia & hæ ipſæ in iis quam in aliis fere violentæ ſunt magis.

a *In quibus Cholera* sive bilis flava prævalet, quoniam promti in agendo, superbi & properi sunt; cum his oculis & auribus apertis vivendum, ut promte intelligant & exequantur, quæ etiam nutu eis mandantur: graviter infensi sunt vel minimum refractariis, ac feroces in injuriis inferendis: unde & injuriarum tolerantes sunt, nec diu memores, imo post offensam tanto magis officiosi: offensæ enim memores odio prosequuntur, præveniuntque quos metuunt ultores. Irâ commotos ne accedant, omnia enim talibus displicent, & familiaritas ab hujusmodi ingeniis in contemtum facile vertitur, quæ idcirco, etsi Principes eo trahant, fugienda & potius reverenter & modeste cum iis agendum; Leones sunt, mansueti aliquamdiu, sed denique in notissimos, etiam rectores ipsos, sævi.

Si *Sanguinei* læto magis ingen sunt, voluptatum facetiarumque i

pac

a Si Cholerici sint. b Si sanguinei.

pacis amantes, ab injuriis, gravibus præſertim abſtinent: accepta rumnon magis quam factarum memores; placere & juvare avidi ſunt, & liberales, nihil moleſtius, quam querelas ferunt. Cum his agentibus, venerationis officia non negligenda, ſeria parce rractanda ſunt: neque ſuper iis Principes adeundi, antequam advocentur, vel certi ſint oblectationibus eos non vacare, ne interrumpantur deliciæ & deprehenſis rubor excutiatur: Quemadmodum illi qui præcipuas Principum curas capeſſunt, in ſeriis alios ſupereminent; ita ſuperantur hi ab aliis familiari Principum acceſſu, qui fere ſerios, ut genio ejus adverſos, fugiunt. Sed acceptiſſimi ſunt, qui, jove propitio nati, tam ſeriorum quam ludicrorum capaces & ad utraque parati ſunt, dummodo, quum abſunt, id caveant ne ſibi facilitas nimia autoritatem apud ceteros diminuat, & incorruptus maneat dignitatis honor.

Cum

a Cum *Melancholicis* Principibus laboriosior vitæ consuetudo est, ingenii enim eorum constitutio omnium asperrima & difficillima est ob varietatem rerum, quas imaginatio objicit maxime inæqualis: in consiliis lenti sunt & anxii, diffidentes, suspicaces, ingeniosi & plerunque maligni, taciturni, dissimulatores: salium inimici: accessu difficiles, paucis, & non nisi frigide amici, tam offensorum quam offendentium osores; vindictæ implacabiliter avidi, & qui reconciliati quoque timendi, hinc cautissime cum talibus agere & de singulis verbis velut in consilium ire debemus: à contradictione abstinere, in consiliis hærere & nihil urgere, in postulando importunitatem fugere, ne si repulsam patiare tibi se inimicum putet. Longa est enim eis injuriarum memoria, & ex ingenio suo alios metiuntur.

b *Phlegmatici* melancholicorum Tarditatis participes sunt, sed ingenio,

a *Si Melancholici*. b *Si Phlegmatici*.

uio, & malignitate ac diffidentia non molesti, sibi magis quam aliis diffidunt: in consiliis dubii: in exequendo pavidi, non asperi in odiis, nec in amore vehementes; His placent actuosi, animoque manuque promti, & qui ardua eisque fere impossibilia visa, negotia ad optatum finem perducunt, idque, si fieri potest, soli, vel cum sociis minùs promtis, quibusque virtute prudentiaque plurimum antestent, & ut infelices eventus iis aliquo modo possint imputari, gloriam ad se trahant.

a Sed quamvis hæc fere ita comperiantur, perpetua tamen non sunt; varii enim sunt Principum actiones & inclinationes, mutanturque ratione ætatis, consuetudinis ac negotiorum: ingenium quod metu latet, eo cessante, se prodit: tempore belli viros militares amplectuntur, quorum gratia sæpe pacatis rebus senescit; in summa fortuna id æquius quod validius putant, aliæque id genus



a Si mutati affectus vel varii.

nus inclinationes & agendi rationes varię, eorum mentes sæpissime occupant, *malosque Principes* fere *reddunt*, nimia licentia : rerum copia : adulatores improbi : aulici stulti & detestabiles, ac rerum publicarum ignorantia : Hinc benevolentiam sibi conciliant impostores, dum Principum magnitudinem, potentiam, ac utilitatem ostentant : assentationibus eorum ingenium transformant : applaudunt ut prodant, odiumque ac contemtum eis concilient : obsequi enim avaritiæ, crudelitati, libidinique eorum ratio prodendi securissima & certissima est : sæpe Principes ad voluptates & secessus trahunt, ut ipsi vim imperii rerumque regimen consequantur ; & ineptis suadent ut imperium ipsi capessant, cui impares, mox ad delitias flectunt, quo ipsi negotiis succedant ? quæ omnia notanda Principesque contra eos muniendi, ut gratiam eorum conservemus.

## CAPUT III.

### *Domesticorum & familiarium Principum favor ut parandus.*

HUc usque de iis quæ in Principibus summis expendenda erunt: Accedo *ad Domesticos eorum*; nam cum Principes sæpe alium Domi alium in Publico vultum ostentent, domesticisque quos fidos rentur, liberius recludant sensus suos, imo quamvis non communicent, ab his facilius indagentur, quod vix fieri possit, ut Principes in privato quoque semper larvam gerant, ideo utilissimi erunt ambientibus, ut eis aditum ad Principes procurent commodiorem; vel eorum apud eum mentionem faciat, eosque de occasionibus, quibus res suas agere poterunt, certiores faciat: imo prudentis est, non tantum horum; sed omnis generis homines etiam viliores officiis ambire & gratiam eorum captare,

cum nemo non prodeſſe quandoque aut nocere poſſit: credendumque certo cum autoritate & fortuna, ingenium prudentiamque creſcere & augeri.

a A familiaribus *ad Proceres Principum* pergendum: Qui *vel Natalium ſplendore* fulgentes, gratia Principum intima deſtituuntur: vel gratiosè maxime ſunt apud Principes, *nullis* tamen *honoribus funguntur*: *vel honoribus*, quam gratia *validiores*, vel denique *negotiis præfecti* ſunt *&* *gratia* florentes.

b *Primi* licet incrementis noſtris parum conducant, colendi tamen ſunt, ne, ſi minus ipſi, per clientes & amicos obſint; & qui impotentes ad bene merendum, ſæpe ad nocendum ſatis virium habent: cavendum itaque ne eos inimicos habeamus.

At ſi cum talibus committere nos Principes velint, (ut ſæpe fit) certamen quidem hoc non recuſandum, attamen abſque violentia, & contumelii,

a Procerum. b Solis natalibus clarorum.

meliis; magna arte, & speciosa occasione & causa suscipiendum, ut pateat, non privata nos stimulatione, sed solius publici cura honestè agere: Plenum periculi ausum hoc; sed si tali suscipiatur auctore, incrementi via est. Alii suo nomine hic peragunt omnia, quos multi juvant, ne Principem offendant: Alii Principi adhærent arctius, magno famę emolumento, si prudentes fuerint legendis occasionibus speciosis, tum Principibus, tum utilitati publicę laudabiliter inserviendi.

Cavendum verò ne quid aggrediamur, quod exequi non possimus: nam cum a *vulgus ex eventu facta notanda putet, & quod Victrix causa Diis placeat*; sinistris hisce successibus Principum fama diminueretur, qui abolendę ignominię causa autoritatem suam accommodasse dissimulabunt, imo, si non satis constantes sint, ob levem causam libidini inimicorum nos prostituent.



a Luc.

a *Qui sola Principum gratia eminent*, nullis tamen negociis præfecti sunt: eorum omnibus modis condignis gratia captanda est, commodi enim nobis erunt apud Principes commemoratione meritorum nostrum, & excusatione erratorum, protegendo nos adversus calumnias & sinistras aliorum delationes, & sic si benevoli sint prodesse multum, irritati vero nocere plurimum queunt: raro spernuntur qui ab his commendantur, si nec alias principi invisi, nec rebus gerendis impares sint, saltem aliis præferuntur, qui talibus amicis destituti sunt.

b Jam vero *Proceres penes quos* maxima *rerum administrandarum est auctoritas*, modicâ tamen Principum gratia fruuntur, qui, si sint publicarum rerum minimè curiosi, pacatique, ac voluptatibus vacantes, Proceres eorum studiosius quam ipsi colendi erunt

a Procerum sola Principum gratia eminentium.
b Sola autoritate sive rerum administratione valentium.

erunt : quibus enim administrationem rerum, iisdem & delectum eorum qui officiis præficiuntur permittet : Sin vero Principes, regiminis rerum tenaciores sunt, nec munerum dispensationem aliis concedunt, ne multitudine clientum potentia eorum eò assurgat, unde, si peccent, facile dejici non possent, cum his Proceribus, quorum adeò restricta est potentia, quomodo agendum sit, circumspectu omninò opus est : si enim suboluerint de benevolentia eorum Principes, sæpe nocebunt : si ea destituti sint, ad negociorum tractationem difficulter venient, rursumque non sine periculo cum iisdem concurrere necesse erit. Hic itaque prudenti comitate opus est : omnia illis venerationis officia exhibere, & oblata occasione, secretam animi promtitudinem, caute testari debent : interim minime negligendum & alium adhibere, cujus ope Principibus innotescere & conjungi arctius possint.

[a] Reſtant ex Proceribus illi qui & gratia valent apud Principes, & rerum adminiſtrationi præſunt, hi pari cum Principe diligentia colendi erunt, eorumque inclinationes & voluntates obſervandæ, eas enim ſcire & exequi, magis quam Principis conducit.

Atqui in omnibus & ubique cavendum, ne quid velimus, quod effici non poſſe videmus: moleſtum enim eſt rogari ab amico cui ſatisfacere non poſſumus, offenditurque benevolentia ſupplicatione incivili, vel cum difficultate inſuperabili conjuncta: adeo ut dein conſpectum noſtrum averſaturi ſint, ne ſimili petitione pudorem illis incutiamus, quaſi quod rogamus defectu auctoritatis facere non poſſint.

a Gratia & adminiſtratione rerum valentium.

## CAPUT IV.

### *Amici & inferiores Proceribus ut colendi.*

CEterum ad Procerum notitiam cum non ſtatim acceſſus pateat, per gradus eò enitendum, ſc. eos qui illis inferiores & amici ſunt, ſive ſint Peregrini ſive Domeſtici : ſive inferiores nobis ſive æquales aut ſuperiores, hi ergo nobis conciliandi, & quæ ſingulorum *nobis benefaciendi vel nocendi* vires ſint cognoſcendum; inquirendę & familiaritates & affinitates eorum; nam ſępè per clientes agere quam per nos ipſos magis expedit, tum ut pro nobis ſint, tum ut adverſantes nobis divertant: inprimiſque cavendum ne eorum demum amicitiam quæramus cum opus eſt; ante eos devinctos & benevolentię pignoribus paratos habere oportet.

a *Qui afficere nobis possunt* & volunt, sunt vel inimici, vel invidi, vel æmuli sive competitores.

*Inimici*, vel nostra causa, vel nostrorum quibus offensi sunt, nos oderunt: Posterius odium minus acre fere est, & mitigari officiis potest, quibus diligere nos amicos contestamur, non vero sæpè inimicitię sint factiosæ & crudeles adeo, ut, omnes ipsis invisæ familiaritates abdicentur, velint: ideò non nulli palam unius amicitiam præferunt, alteram occulte colunt, ut si res postulet, subsidium illis præparent & apti sint pacem inter eos conciliare.

Inimici, qui â nobis offensi, vel qui nos offenderunt, pejores sunt, maxime, qui nos offenderunt, magnates hoc habent pessimum animi magna fortuna insolentes; quos læserunt, oderunt: Hic optimum remedium est si non intelligantur; vel mitigatum dolorem, memoriamque injuriæ deletam ostendamus: in primis à minis abstinendum, præcipuè si

a Cum inimicis ut agendum.

ſi non ilicò ad exequendum occaſio ſit : his enim adverſarius ad cavendum fiet vigilantior & ad geminandam injuriam incitabitur : qui enim vindictam metuit, prior inferre cupit. Si tamen injuria ſit atrox nimis & maligna, exiſtimationis quidem noſtræ nos non incurioſos eſſe oſtendemus, ſed ita ut placabiles, & ut ſpem reconciliationis, locumque venię, ſatisfacturis demus : Nam *hominem eſſe ſe haud meminit, qui nunquam injuriarum obliviſcitur* : Injuriæ petulanter & inſultando illatę, extemplo vindicandæ, non tam ultionis ſtudio, quam puniendi cauſa, ut in poſterum modeſte ſe gerant : & teſtabimur nos dolere, quod vindictę neceſſitas nobis impoſita ſit, & quod ad redintegrandam amicitiam parati ſimus: Sed cum hæ injurię ferè à Potentioribus inferantur, prudenter & reverenter cum iis agendum : vel ſi aſperiores ſunt, penitus commercia eorum declinanda : vel injuriæ acceptæ ſenſus nullus præ ſe ferendus :

justus namque dissimulationis excusandæ prætextus erit, imparitas virium: cum nec tutum, nec prudentis sit, nimis certare cum eo qui plus potest, præstatque eos qui multum officere possunt luminibns nostris ficte amicos, quam aperte inimicos habere. Verum ad dijudicandum quibus ad nos premendos ampliores vires sint, non tantum potentia eorum sed & affectus quo præter odium ad nobis nocendum feruntur considerari debent: si enim odio tantum & vindicta aguntur, mitigari poterunt satisfactione, officiorumque humilitate: si vero metu quoque ducuntur, ut fiduciam benevolentię assumant, vix unquam persuaseris, maxime si adepti id quod quęrimus, ad nocendum ipsis armatiores redderemur. Tentandum id tamen modis omnibus quos res nata potius, quam disciplina ulla suppeditabit: Si prius quem læserimus, priores læsum vel ipsi, vel amicorum interventu placabimus. Artificium quoque est familiare,

liare, supplantare aliquem occulte, ut tuo beneficio erectum, tanto habeas obstrictiorem: ad redintegrandam cum inimicis gratiam sæpe usu venit vota & conatus ejus, cujus successu te non impediri posse videas, consilio atque opera juvare, ut debere amorem tuis beneficiis videatur: Verum si pertinacia inimici omnia reconciliationis remedia eludat, alius eique invisus magis vel formidolosus inimicus quęrendus, qui eadem nobiscum petere videatur, cumque adversario per amicum ita causa dirigenda ut hic pręvalido erga utrumque odio, nostrę parti vel faveat vel minus obstet.

a Hæc de inimicis: Invidi quoque non minus felicitate quam arte superandi, ut qui non nisi participatione ejus quod aliis invident satientur, ideoque amicitiam eorum familiaritatemque ambire debemus, ac ostendere eis optime nos esse affectos, tum affirmare nos velle omnia quæ ipsi velint,

a Cum invidis ut agendum.

ſint, neque nos quicquam ambire niſi eò ut amicis adeoque ipſis ſervire magis idonei ſimus, atque ſic ex fortunæ noſtrę augmentis, ſpem concipiant augendæ ſuę : Atqui ne invidiæ alimenta præbeamus, modeſte & moderate agendum ita ut omnis faſtus, jactantia, & ſplendor nimius abſit : niſi muneris noſtri dignitas vel alia ratio aliud requirat, ita ut neceſſitate quadam & reſpectu alterius eò deveniamus.

a Cum ęmulis eodem fere modo agendum, qui ut minus malignitatis, ita plus ambitionis habent, ac non minus alienis incrementis inſidiantur. Hi ſpecie quadam venerationis & inanibus honoribus deliniendi, & avertendi, quantum fieri poteſt, ne nobis competitores ſint, erigendo ſpem eorum ad altiora, & , qua licet juvando : item, injecta dubitatione, retinendi, ne nos prævertant, proponendo argumenta in utramque partem, eo modo, ut major ſpecies

&

a Cum æmulis.

& ſplendor iis ſit, quę ad remorandum ambitum eorum allegantur. Verum longe optimum fuerit ſi deſideria noſtra celare ſive diſſimulare poſſimus donec certi ſimus, ſive æmulis impediendi tempus & occaſio effugerit: nimis manifeſte prenſare, ſæpe odioſum eſt, & laborioſum magis; tutius & facilius premere conſilia, & quietis magis quam honorum deſideria præ ſe ferre.

a Qui nobis prodeſſe poſſunt, ſunt Amici noſtri, horum omnibus modis amicitia conſervanda, etiamſi adverſariis noſtris faveant; lapſos enim nos & gratia deſtitutos ſuſtinere poterunt, & tempore oportuno cum inimicis noſtris conciliare, b Verum omnino cavendum, ne obſtinato animo concurramus cum aliquo qui nobis major & cliente potentior eſt, vel quem Princeps propitius evehit, quamvis lex contra illum nobis faveat: lege enim gratia potentior erit.

a Cum Amicis, b Cautio.

## CAPUT V.

### *Principum gratia ut conservatur.*

HUc usque *præcepta* dedimus *ambientibus observanda* acquirendæ *potentiæ & gratiæ Principum* : quæ licet quoque *conservandæ & tuendæ* ejusdem serviant, uon inutile tamen erit specifice quędam tradere, quibus cognitis ea facilius retineatur: Quod omne in eo fere consistit, ut perspectas *habeamus causas, ob quas Principes male erga nos affecti sint*, & observemus *modos quibus illæ evitari poterunt.*

[a] *Causæ illæ* vel *ex culpa nostra*, vel ex *artibus inimicorum* invidentium sive, competitorum subministrantur; vel ex *Perversitate* ingenii, *vel* denique *ex morte Principum* proveniunt.

[b] Ex nostra culpa orientium causarum

a Causæ male affectorum Principum. b Ex nostra culpa.

ſarum peſſima eſt. Perſidia & Ambitio contra Principes, ipſos dignitatis ſuæ auctores; hujus flagitii etiam umbram fugere debent in majoribus dignitatibus poſiti, & proinde honores quoque eos declinare qui malis conatibus oportuni videntur, ne quam Principibus ſuſpicionem moveant.

Superbia omnis generis, ſive ea procedat ex ambitione, ſive ex jactantia & exprobratione miniſteriorum exhibitorum; ſive ex maledicentia, ſplendore vel comitatu nimio; Principes offendit, & ad exitium via eſt: atque ante omnia cavendum ne ſerendis inter Principes diſcordiis operam commodemus, ne inter ſe reconciliati, nos victimas amicitiæ redintegratæ mactent. Sed neque validiores & qui gratia apud Principes ſupra nos ſunt irritandi, maxime qui ambitione gravidi humo ſe attollere ſatagunt, hi enim, ſi quid minimi officii neglexeris, contemtos ſe putant; *Aſperius nihil*

*hil* a *est humili cum surgit in altum.* Est & naufragii sæpe causa, cum vel nos vel Principes populo aut Primoribus exosos reddimus: Tales enim aut Principes ipsi, ut se invidia liberent, abjicient, vel alii evertent. Atqui ea perfidiæ species omnino fugienda, quæ Principum secreta prodit, cumque hoste communicat, sive id procedat ex levitate, vanitate ac imprudentia, sive infidelitate: ideoque secreta, ut res difficilis custodiæ, ignorare quam scire & indagare tutius est, saltem soli in eorum conscientiam adhiberi fugiendum: maxime vero dubia eorum fortuna est, qui vel avaritia vel ambitione, vel fulciendæ potentiæ vel securitatis studio impulsi cum Principum inimicis externis sive Domesticis conspirant. Denique cavendum ne auctores simus consiliorum ancipitum; adversus enim eorum exitus, suasoris culpæ; prosper Principum fortunæ imputari solet, non

a Claud.

non tantum a vulgo, *qui omnia ex eventu facta notanda putat*; ſed & à Principibus ipſis, qui gaudent, ubi habent in quos invidiam infelicis conſilii derivent, ideoque his caſibus prudenter agent, qui argumenta tantum in utramque partem proponunt, Principibuſque eligendi arbitrium relinquunt: Si tamen ſententiam dicere urgeantur, melius erit conſulere id quod tutius eſt, aut quod aperta utilitas vel ipſa neceſſitas imperat.

## CAPUT VI.

*Culpa Inimicorum quomodo nos Principibus exoſos reddat.*

ATqui ex his fere perſpicimus ex quibus cauſis noſtra culpa Principes nos male habeant: ſequitur ut videamus, quibus modis inimici, invidi, æmulique nos premere poſſunt: Horum fere frequentiore

tiore in uſu eſt, quo *invidi, ut ſoli Principum munia tractent, alios ſpecie honoris ab iis* amoliri, & *longius ablegare conentur*: aut occaſione cum propinquis & amicis vivendi eos inducunt, ut non inviti diſcedant, aut rixis inimicorum ita eos exagitant, ut quieti ſuæ conſulentes, ipſi prætextum diſceſſui arripiant: At ſi ſponte diſcedere nolint, perſuadent quandoque Principibus, ut eos muneri alicui præficiant, eo prętextu, quod à nemine dignius adminiſtrari poſſit. *S*ic contraria arte ſæpe eos quorum auctoritatem labefactari optant, domum revocari curant, tanquam Principibus neceſſarium, ut immiſti turbæ obſcuri fiant.

Alio quoque modo inimici *nos Principibus inviſos ſuſpectoſque reddere,* [a] conantur tam *calumniis* quam *Laudibus: Calumniis* ſcilicet *validis* quæ Principes & eorum imperium & dignitatem concernunt, quas fere veriſimiles reddunt, obſervando dicta & acta

a Calumniis.

acta nostra, nostrorumque domesticorum, familiarium atque parentum, sæpe dolis & fraudibus elicita; quę omnia arrogantiæ notà denigrant; item subornando literas fictas, testesque falsos, inprimis domesticos: a quæ quo magis ex vero trahunt, eo facilius fidem faciunt, nam *quia vera sunt, etiam dicta creduntur*: inprimis ubi Principibus jam insederit præjudicium de bona fide calumniantium & culpa accusatorum: sunt qui alios ad aliquid faciendum adhortantur, qui ubi paruerint, id ipsum telum arripiunt accusationis, spesque eis, per amicos subornatos, ultra licita inflant, ut suspecti fiant; breviter calumniæ monstro mille figuræ, mille nocendi artes sunt.

b Sed & Laudibus exitium aliis paratur; cum eos secretis criminationibus infamant, quos palam laudant, ut incautos decipiant, & sic laudationes initia injuriæ fiant: deinde cum laudatione eorum id quærunt, ut

a Tac. b Laudibus.

ut Principes virtutibus infenſos invidiâ accendant, denique cum laudatione tertii eos ceu diſſimiles coarguere & notare, & quædam in eis excuſando quaſi exprobare volunt.

a Denique vi aperta ab inimicis multi opprimuntur, cum dignitate vel moribus aliorum offenſi, milites vel populus ſeditionem parant, coguntque Principes ut eos deſerant, alioque precio pacem inire negant, quam ut tollantur.

## CAPUT VII.

### *Ex Principum ingenio pravo mali cauſæ.*

SÆpe quamvis rem bene agere putemus, ſi in ingenia Principum, vana, invida, avara, crudelia, timida & diffidentia incidamus, ruinam nobis fere inevitabilem parant, nam qui cum ingeniis conflictantur ejuſmodi, quamvis circumſpectum habeant ſuæ vitæ

a Vi & ſeditione.

vitæ modum, plerique tamen eludunter: ideoque apud hos securitati magis quam gloriæ studendum, & invidiæ effugiendę causa, quicquid egregie fecimus, glorię eorum assignandum. Magnaque diligentia inclinationes eorum explorandæ, ut nos contra illas tueamur, & si secus res cadat, conscientia officii non omissi fruamur.

a Tandem & morte Principum simul fere cadimus, meritoque *gallinæ filius albæ* habetur, cujus auctoritas apud successores in eodem fastigio manet: cum enim b suspecti sint dominantibus, qui proximi ei destinantur successores: fit ut eorum ministri & officiales eminentiores sæpe cogantur talibus adversari, unde alta mente reposta odia fere concipiunt. Quin & successores illi plerunque suos habent, longa officiorum fide sibi caros; quibus ut aditum faciant ad dignitates; decessorum clientes, vel sponte, vel suasu succedere cupientium removet: fit

a Ex Principum morte. b Tac.

fit tamen non rarò, ut vel ratio negotiorum, quibus exequendis aptiores ſunt præ aliis, vel officium qualecunque, in tantum aliquos ſucceſſoribus inſinuet, ut præter defunctos Priores Principes, nihil amittant.

## CAPUT VIII.

*Modi evitandi cauſas amittendæ gratiæ Principum.*

HÆc de cauſis ob quas gratia Principum amittitur, ſive mutatur: ſequitur ut breviter tradamus potiores modos, quibus eæ evitari, ſimulque gratia eorum conſervari poſſit: qui fere ſunt: modeſtè & officioſe ſe erga Principes gerere, non fortunæ, ſed officii ſui modulo, ſe ſemper metiendo.

Nihil jactabunde, nihil irreverenter agere.

Invidiam, quantum fieri poteſt, fugere.

Tempeſtive ſe componere ad modeſtiam. Par-

Parvo incedere comitatu, & infra potius dignitatem ſubſiſtere.

Quamplures nihilominus ſibi clientes comparare, non qui pompæ inſerviant, ſed caſum forte noſtrum reparent & ſolentur.

In utraque fortuna Fortunę ipſius memores eſſe.

Adorare Solem Orientem.

Acta magni momenti Principum prudentię adſcribere.

Obſervare inimicos ſuos & æmulos, invidoſque & eorum calumnias.

Sermones noſtros & actiones omnes ita moderari, ne ſiniſtris interpretationibus obnoxię ſint.

Aliorum animos ſcrutari, antequam retegamus nos.

Delecta objecta nobis vel excuſare, vel emendare, vel virtutis & officii operibus expiare.

Si calumniâ delati ſimus, quam minimum recedere ab iis apud quos delati ſumus, calumniamque virtutis & integritatis ope mature repellere.

Amicum unum pluresve, Principibus gratos, sibi adjungere qui nos absentes contra calumniæ insultus tueri possint.

Principum erga nos favorem, pluribus participem facere.

Caute tamen Beneficia ista dispensare.

Non nisi quę justa, tempori convenientia, ab aliis obtenta, & cum Principum dignitate & emolimento conjuncta, postulare.

Circumspectè alios commendare: Ne mox incutiant aliena tibi peccata pudorem.

Magni Beneficii loco habere si annuunt.

Si renuunt, itanos gerere, ne nos offensos existiment.

Nunquam ambitiose gratiam Principum, & quasi eos nobis obnoxios habeamus, ostentare.

Ad quævis, etiam vilia, Principum mandata, nos promtos exhibere: & scire quod sæpe res exigua magnę fortunę portam aperiat.

Man-

Mandata, si ardua sint, ut accurate in scriptis dentur cum omnibus circumstantiis, operam dare.

Difficultates quas in iis & executione eorum prævidemus, ante explicare.

Si causa nobis secreto demandetur, nec apta sit scripto comprehendi, sæpe eam repetere, ut mentem mandantium penitus perspiciamus & percipiamus: & ipsi mandati memores esse possint.

Assidue vigilare apud Principes ne aliud agentes, subitaneis ac non prævisis jussis obruamur.

Semper, quantum licebit, mente antevertere quę tractanda incumbent.

Ad singula animum suum pręparare.

Nec multa, nec nisi bene cognita apud eos loqui.

Verba eorum arrectis auribus, nec aliud cogitantes, nec tristes aut meditabundi, percipere.

Offensos à Principibus, fortunam-

que ſuam nobis referentes, ſemel tantum audire.

Teſtari nos caſum eorum dolere, ſilentium eis ac patientiam ſuadere, ad bene ſperandum erigere, injuriam ipſis factam diluere & Principes excuſare & ubique advertere an non ſimulate ſe offenſos conquerantur, ut aliquid è nobis eliciant.

Famulos ſuos, ne in Principes, gratiaque apud eos valentes licentius loquentur, cuſtodire.

Sagaciter mutatum vel tepeſcentem in nos affectum Principum odorari, & nunquam id animàdvertiſſe ſimulare, donec mutati affectus cauſa aboleſcat, & ſic reditus (ſi fieri poteſt) ad gratiam detur.

## CAPUT IX.

### *Indicia Principum erga nos mutati affectus.*

UT autem affectum & animum erga nos Principum mutatum cognoſcamus, non ſufficit noſſe eorum Temperaturam & ea quæ ante monuimus; ſed & in primis perpendere debemus (quantum fieri poteſt) cauſam quæ favorem & amorem eorum in nos ſuccenderit: Hæc enim ſi ceſſet in nobis, vel in alio validior ſit, haut dubio Principum in nos affectus refrigeſcet penitus vel ſaltem minuetur: Affectus ille Principum fere oritur vel *ex ſimilitudine quadam ingenii*, vel *ex gratia morum ex beneficiis collatis*, vel *ex præſtitis officiis*, aliave *virtute & promptitudine voluntati* eorum morigerandi & *negocia expendendi.*

a Quem externa morum ſimilitudo vel gratia producit, quamvis firmiſſimus videatur, omnium tamen citiſſimè exoleſcit; prout eorum ingenium ætate, vel negociorum varietate mutatur: quin & ſæpe unum quo diverſi à nobis ſunt, validius eſt ad diſcordiam, quam cetera ſimilia ad concordiam; quamvis reperiantur fauſto ſidere nati à quorum moribus non facile recedant, præſertim ſi rite ſervire tempori & ante tempeſtatem ſubducere vela norint.

b Rarum deinde ac prope inſolitum in Principibus ut ob præſtita officia ſe putent obligatos, aut ſi putent, ament; imo maxima ſæpe beneficia eis inviſa ſunt, fugiunt bene meritorum de ipſis conſpectum, velut ingratitudinem exprobrantium: ideoque apud hos dum gratia & favor viret, & dum ferrum (ut ajunt) candet, cudendum eſt: ſciendumque validiorem apud eos ſpem recipiendi officii,

a Cauſæ favoris principum & earum infirmitas gratia & morum ſimilitudo. b Officia præſtiita.

officii, quam recepti præmium, satiusque esse obligari dominantibus, quam eos obligatos tenere, illos sibi benevolos, hos quia præmia non recepere, se non amare credunt.

a Erga eos qui affectibus eorum parent operamque navant, stabilior amor est quamdiu inclinationes illę constant: cessante enim causa cessat effectus, & nonnunquam subeunte honesti conscientia, ministros una cum vitiis rejiciunt & abominantur. Triplex autem voluptatum genus Principibus maxime familiare est, scil. Amores Venerei, crudelitas & Avaritia: b Primum ceteris ut vehementius ita inconstantius est, & licet duret, non tamen diu amat eadem: nihilominus plures hoc fundamento ad provehendam fortunam suam usi sunt.

c Qui, ut obligent sibi Principes, socios se ministrosque flagitiorum atque libidinum præbent, nihil pensi ha-



a Affectibus eorum inservire. b Amoris.
c Crudelitatis.

habent, quod nulla Principibus relligio ſit, ad ſeſe invidiâ publicâ liberandos, eidem tales tandem immolare: îmo rarò erga hos Principum affectus durat, quia graviorum facinorum miniſtri quaſi reprobrantes aſpiciuntur, & ſubinde ſibi quoque ab his metuunt, quos ad ſcelus faciles vident.

a Avaritiæ affectus minimum omnium mutabilis eſt, non enim diverſitate objecti, neque ætate minuitur, ſed magis augeſcit: & quamvis exoſa quoque populo ſit, toleratur tamen diutius, communis utilitatis prætextu. Huic ergo inſervientes miniſtri diutius favore ſe Principum munire poterunt: dummodo ipſi nimis opibus non ſtudeant, neque difficiles ſe ac moroſos præbeant: moroſitas enim fere contumeliis abundat, odiumq; ſibi & dominanti conciliat: opes invidiam pariunt vulgi, quandoque etiam Principum.

b Denique Amor & favor Principum

a Avaritiæ. b Aptitudine negocia Principum expedienda.

pum acquiritur Aptitudine ad negocia eorum expedienda: Quæ si ei grata sit, durabit Amor quamdiu necessitas durat, cum hic Amor coactus fere sit: Attamen si Principes ipsi ejusdem aptitudinis gloriam adipisci studeant, propriam deserere oportet, & coram eis non videri nimis sapere, ut eorum gratię litemus. Nemo enim fere patitur æquo animo, si à famulo superetur, nec erubescendum erit vinci scientia ab iis, qui potentia nos longè superant.

a Hæc fere sunt, Ambientibus scienda & observanda; quę cum sæpe infirma sint & molesta, adeo ut vere sit b *Dulcis inexpertis cultura potentis Amici, expertus metuat*: ultimum consilium erit, ad descensum in arenam se præparare, & si majore cum periculo quam præmio sit pugnandum, sapientis erit certa in certis non commutare, & sibi mature de receptu despicere; minus enim turpe est; honoribus sponte valedicere quam de-



a Conclusio. b Hor.

depelli, portaque certa retrogedi quam per feneſtram ejici; potius ſaluti ſuę conſulere, quam ad aliorum de ſe judicia attendere.

SELEC-

# SELECTA POLITICA EX CICERONE, DIONE, POLYBIO, ET ALIIS.

---

Lucret. Lib. 3.

*Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant;*
*Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta.*

# SELECTA POLITICA EX EPIST. Cicer. ad Familiares.

QUæ a per exercitum & imperium gerenda sunt, hæc multò ante meditere.

I. 7. Hoc sentimus si exploratum tibi sit, posse te illius Regni potiri, non esse cunctandum; sin dubium, non esse conandum.

I. 9. Tantum contendere in Rep. quantum probare tuis civibus possis, vim neque parenti neque patriæ afferre oportet.

I. 9. Non idem semper dicere, sed idem spectare debemus.

I. 9. Experiendo magis quam discendo cognovi id, ut tu, rebus tuis integris, discas, neque salutis nostræ nobis habendam esse rationem sine dignitate, neque dignitatis sine salute.

I. 9.

a Cicero l. I, Ep. 5.

1. 9. Neque pugnandum arbitror contra tantas opes; neque dolendum, etiamsi id fieri possit, summorum civium Principatum, neque permanendum in una sententia conversis rebus, atq; bonorum voluntatibus immutatis; sed temporibus assentiendum.

4. 9. Tempori cedere, id est necessitati parere, semper sapientis est habitum.

4. 9. Nunquam præstantibus in Rep. gubernanda viris laudata est in una sententia perpetua permansio.

1. 9. Non aliter potuisse videor hominum perditorum de me consilia frangere, nisi cum præsidiis quæ semper habui nunc etiam Potentium benevolentiam conjuxissem.

27. Profecto vides quanta vis in Rep. temporum sit, quanta varietas rerum, quam incerti exitus, quam flexibiles hominum voluntates; quid insidiarum, quid vanitatis, in vita, non dubito quin cogites.

Videmur enim famam consecuti, ut non tam accessio quærenda, quam fortuna metuenda sit. 2. 12.

2. 12. Omnis peregrinatio obſcura & ſordida eſt iis, quorum induſtria Romę poteſt illuſtris eſſe.

2. 13. Confirmantur noſtra conſilia, cum ſentimus prudentibus fideliterque ſuadentibus idem videri.

2. 13. Quid eſt cauſę cur mihi non ſit in optatis complecti hominem florentem ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis, Collegam pręſertim meum, & in ipſa Collegii laude & ſcientia ſtudioſum mei?

2. 16. Miror ut me exiſtimes, aut tam improvidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam & prope jacentem deſciſcerem: aut tam inconſtantem, ut collectam gratiam florentiſſimi hominis effunderem, à meque ipſe deficerem.

2. 16. Nulla eſt acerbitas quę non omnibus, hac orbis terrarum perturbatione, impendere videatur.

3. 9. Nihil eſt quod ſtudio vel benevolentia, vel amore potius effici non poſſit.

3. 13. Insignia virtutis multi, etiam sine virture, assecuti sunt: talium virorum tanta studia assequi sola virtus potest.

4. 3. Quod exemplo fit id etiam jure fieri putant, & aliquid atque adeo multa addunt & afferunt de suo.

Victoria civilibus bellis semper est insolens.

4. 7. Sapiens & bonus civis initia belli civilis invitus suscipit, extrema non libenter prosequitur.

4. 9. Omnia sunt misera in bellis civilibus, sed miserius nihil quam ipsa victoria: multa enim victori, eorum arbitrio per quos vicit, etiam invito facienda sunt.

5. 13. Laudem sapientię statuo esse maximam, non aliunde pendere, nec extrinsecus aut bene aut male vivendi suspensas habere rationes.

5. 17. Homines sapientes turpitudine, non casu; delicto suo, non aliorum injuria commoventur.

6. 1. Bene sentire recteque facere satis est ad bene beateque vivendum.

5. 21.

5. 21. Animus qui dubiis rebus fuit infirmior, sępe desperatis confirmatus est multum.

6. 1. Nemo est tam afflictus, qui nihil aliud studeat nisi id quod agit, non possit navare aliquid & efficere.

6. 22. Magna consolatio est cum recordere, etiamsi secus acciderit, te tamen rectè vereque sensisse.

6. 22. Eversis omnibus rebus, cum consilio profici nihil possit, una ratio videtur, quicquid evenerit ferre moderatè.

6. 22. Vacare culpa magnum est solatium.

7. 6. Multi suam rem bene gessere & publicam patriâ procul: multi qui domi ætatem agerent, propterea sunt improbati.

7. 12. Quis ille bonus est qui facit nihil nisi sua causa?

7. 12. Cum commune nihil possit esse apud eos qui omnia voluptate sua metiuntur.

8. 14. Illud te non arbitror fugere, quin homines, in dissensione domestica

ſtica debeant, quamdiu civiliter ſine armis certetur, honeſtiorem ſequi partem; ubi ad bellum & caſtra ventum ſit, firmiorem; & id melius ſtatuere quod tutius ſit.

8. 16. Vide, ne, dum pudet te parum optimatem eſſe, parum diligenter quod optimum ſit eligas.

9. 6. Non eſt idem ferre ſi quid ferendum eſt, & probare ſi quid probandum non eſt.

Iſtos ferre non poſſum, qui dum ſe pacem velle ſimulant, acta nefaria defendunt. 14.15. ad Attic.

9. 9. Reliquum eſt ubi nunc eſt Reſp. ibi ſimus potius, quam, dum illam veterem ſequimur, ſimus in nulla.

9. 16. Ne quid ſtultè, ne quid temere dicas faciaſve contra potentes, puto eſſe ſapientis.

Nihil eſt ſapientis præſtare niſi culpam: qua videor mihi dupliciter carere: & quod ea ſenſerim quæ rectiſſima fuerunt: & quod, cnm viderem non ſatis præſidii eſſe ad obtinenda,

da, viribus certandum cum valentioribus non putarim: &c.

9. 16. Omnia sunt incerta ubi à jure discessum est, nec præstare quicquam potest quale futurum sit, quod positum est in alterius voluntate, ne dicam libidine.

9. 16. Ut enim olim arbitrabar esse meum libere loqui cujus opera esset in civitate libertas; sic eà nunc amissâ nihil loqui quod offendat aut Principis, aut eorum qui ab illo diliguntur, voluntatem.

9. 17. Fiet, quodcunque volent qui valebunt: valebunt autem semper arma.

9. 24. Pertinere ad beate vivendum arbitror, ut cum viris bonis, jocundis, amantibus tui vivas: nihil est aptius vitæ, nihil ad beatè vivendum accommodatius, nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitæ atque victus remissionemque animorum, quæ maxime sermone efficitur familiari, qui est in conviviis dulcissimus.

10. 6.

10. 6. Positis armis Pax peti debet, aut si pugnantes eam postulant, Victoriâ pax, non pactione parienda est.

10. 23, Credulitas error magis est quam culpa; & quidem in optimi cujusque mentem facillime irrepit.

11. 3. Nulla minantis auctoritas apud liberos est.

11. 20. Vide ne timendo magis timere cogare.

11. 12. Omnino est hoc populi in eo potissimum abuti libertate per quem eam consecutus sit.

11. 20. Laudandum esse adolescentem, ornandum, tollendum.

12. 25. Nulla lassitudo impedire officium & fidem debet.

## *Ex Epistolis ad Atticum.*

I. 18. CEteros nosti qui ita sunt stulti ut amissa rep. piscinas suas fore salvas sperare videantur: unus est qui curet, constantia magis & integritate, quam mihi videtur, consilio aut ingenio.

18. Clo-

18. Clodii abſolutione levitatem infirmitatemque judiciorum perſpexi: itaque mihi majores quaſdam opes & firmiora præſidia putavi eſſe quærenda.

1. 18. Nihil jam denique aſperum à me in quenquam fit, nec tamen quicquam populare ac diſſolutum, ſed ita temperata tota ratio eſt, ut Reip. conſtantiam pręſtem, privatis rebus meis, propter infirmitatem bonorum, iniquitatem malevolorum, odium in me improborum, adhibeam quandam cautionem & diligentiam: juxta illud vafri Epicharmi; *Vigilans ſis, & memineris non facile credere*: hi ſunt nervi ſapientiæ.

2. 1. Noſtri autem Principes digito ſe cælum putant attingere, ſi mulli barbati in piſcinis ſint qui ad manum accedant, alia autem negligant: nonne tibi ſatis prodeſſe videor ſi perficio ut nolint obeſſe qui poſſunt?

5. Nunc autem, quoniam quæ putavi eſſe præclara, expertus ſum quam eſſent inania, cum omnibus

Muſis

Musis rationem habere cogito.

7. Neque aliud jam publicè quicquam agito nisi odisse improbos, & id ipsum nullo cum stomacho, sed potius cum aliqua scribendi voluptate.

7. Una spes est salutis, istorum inter istos dissensio.

Ejus omne consilium Themistocleum est: existimat enim qui mare teneat eum necesse rerum potiri.

Itaque qui nunquam id egit, ut Hispaniæ per se tenerentur, navalis apparatus ei semper antiquissima cura fuit.

16. Sunt quos fames magis quam fama commovet.

Vulnus est ejusmodi quod mihi nec dissimulandum nec pertimescendum videtur, ne aut metuendo ignavissimi, aut ignorando stultissimi judicium.

1. 15. Atque in eo neque auctoritate neque gratia pugnat; sed quibus Philippus omnia castella expugnari posse dicebat, in quæ modo asellus onustus auro posset ascendere.

Quo-

Quoniam nummos ante accepe-runt, tibi nihil crediderunt.

1. 16. Irritabiles animi sunt optimorum sæpe hominum & iidem placabiles; & est hæc agilitas, ut ita dicam, molliciesque naturę plerunque bonitati, & quod caput est, nobis inter nos nostra sive incommoda sive vitia, sive injurię sunt tolerandæ.

Ep. 10. Non poterimus ulla esse in invidia spoliati opibus & illa Senatoria potentia.

19. Neque pugno cum illa causa, propter illam amicitiam: neque approbo, ne omnia improbem quæ antea gessi.

21. Tantus fuit amor, ut exhauriri nulla possit inju ia.

21. Et mehercule cum nimis excruciant, & timeo, tam vehemens vir, tamque acer in ferro, & tam insuetus contumeliæ, ne omni animi impetu dolori & iracundiæ pareat.

24. Nos tamen in his miseriis erecto animo & minimè perturbato sumus, honestissimeque & dignitatem nostram magna cura tuemur. 3. 5.

3. 5. Inimici mei mea mihi, non me ipsum ademerunt.

Legem illam in qua popularia multa sunt, ne tangatis.

4. 2. Iidem illi qui mihi pinnas inciderunt, nolunt renasci.

2. Amicorum benignitas exhausta est in ea re, quæ nihil habuit, præter dedecus.

Pompejus Scauro studet, sed utrum fronte an mente, dubitatur excellentia in nullo est, pecunia omnium dignitatem exæquat.

5. 21. Post hæc omnia quæ certa non erunt pro certo negato.

6. 1. Me idcirco putant bene audire velle, ut ille male audeat, & recte facere non meæ laudis, sed illius contumelię causa.

Tantummodo dissimilitudo meę rationis offendit hominem.

Accipiam equidem dolorem mihi eum irasci, sed multo majorem, non esse eum talem qualem putassem.

2. Multiplex ingenium quo ego regendo habeo negotii satis.

3. For-

3. Formam igitur mihi totius Reip. velim mittas, quæ mihi obviam veniat: ex qua me fingere possum, & præmeditari quo animo accedam ad urbem: est enim quiddam advenientem non esse peregrinum atque hospitem.

4. Sed hęc fortuna viderit, quoniam consilio non multum uti licet, vel quoniam ratio non gubernat. 14. 11.

7. 1. Quam non est facilis virtus! quam vero difficilis ejus diuturna simulatio!

3. Id utilius mihi quod tutius est, putas.

Causam solum illa causa (*Cæsaris*) non habet, ceteris rebus abundat.

Cato declaravit iis se solis] nunc invidere, quibus nihil aut non multum ad dignitatem posset accedere.

5. 2. Nec ego jam hanc continentiam appello, quæ virtus voluptati resistere videtur: ego in vita mea nulla unquam voluptate tanta sum affectus, quanta afficior hac integritate; nec

me tam fama, quæ summa est, quam res ipsa delectat.

7. 4. Cui etiam inimici, alterum consulatum, fortuna summam potentiam dedit, non arbitror fore tam amentem, ut hæc in discrimen adducat.

7. 7. Ego quos tu bonos esse dicas non intelligo; ipse nullos novi: sed ita, si ordines bonorum quærimus, nam singulares sunt boni viri.

Quid sit optimum male contractis rebus plane video: nemini est enim exploratum, cum ad arma ventum est, quid futurum sit.

11. Ubi est autem dignitas, nisi ubi honestas?

Non est in parietibus resp. at in aris & focis.

13. Quid est quod ab eo non metuas qui illa templa & tecta, non patriam sed prædam putat?

Tantum mali excitatum partim ex improbis, partim ex invidis civibus.

18. Sed stomachari desinamus, tempori pareamus.

8. 1. Quam enim ille habeat autoritatem in hac causa, qui, cum omnes Cæsarem metuebamus, ipse eum diligebat? postquam ipse metuere cępit, putat omnes hostes illi oportere esse.

3. Nulla causa, nullæ vires, nulla sedes quo concurrant, qui Remp. defensam velint.

Sed cum necesse sit, serviendum tempori, & non amittendum tempus cum sit datum.

6. Scio quanti Reip. intersit omnes copias, in unum locum, primo quoque tempore convenire.

11. Neutri σκοπὸς est ille, ut nos beati simus, uterque regnare vult.

Spero nomen imperatoris fore magnum in adventu terrorem.

10. Quid hoc miserius, quam alterum plausus in fœdissima causa quærere; alterum offensiones in optima: alterum existimari conservatorem inimicorum; alterum desertorem amicorum.

Metuo ne omnis hæc clementia ad

unam illam crudelitatem colligatur.

11. Nec tam Proſcriptio pertimeſcenda, quam univerſim interitus; tantas in confligendo utriuſque vires video futuras.

a Aut exercitum firmum habere oportet, quo confidamus perrumpere nos poſſe; aut regiones ejuſmodi obtinere, è quibus repugnemus.

13. Videſne in quem hominem inciderit Reſp.? quam acutum, quam vigilantem, quam paratum? Si mehercule neminem occiderit, nec cuiquam quicquam ademerit, ab his, qui eum maxime timuerant, maxime diligetur.

16. Metuunt, inquies: Credo; ſed mehercule illum magis: hujus inſidioſa clementia delectantur: illius iracundiam formidant.

9. 7. Sic enim video: nec duobus his vivis, nec hoc uno, Remp. nos unquam habituros.

b Hæc nova ſit ratio vincendi, ut miſericordia & liberalitate nos muniamus. 9. Tur-

a Pomp. b Cæſar.

6. Turpe virum summis honoribus functum, ad vitam privatam cogi.

17. Vigilat, audet, nullum video finem mali.

10. 1. De Pace idem sentio quod tu: simulationem esse apertam: parari autem bellum acerrimè.

4. Bellum terra & mari comparat, non injustum ille quidem, sed cum pium, tum etiam necessarium, suis tamen civibus exitiabile nisi vicerit, calamitosum etiamsi vicerit.

Ipsum autem non voluptate aut naturâ non esse crudelem; sed quod putaret popularem esse clementiam: quod si populi studium amisisset, crudelem fore.

8. Duarum rerum simulationem cito amisit, mansuetudinis in Metello, divitiarum in ærario,

[a] Corruat iste necesse est, aut per adversarios, aut ipse per se, qui quidem sibi est adversarius unus acerrimus.

Ejus fidem improbes, qui tibi, ut beneficium daret, prius injuriam fecit.



a Tyrannide sc.

Neque tutius neque honestius reperies quicquam, quàm ab omni contentione abesse.

10. Qui se medium esse vult, in Patria manet, qui proficiscitur, aliquid de alter utra parte judicare videtur.

Vide ne, dum pudet te parum optimatem esse, parum diligenter quod optimum sit, eligas.

12. Optandum interdum videtur ut aliquam accipiamus ab istis quamvis acerbam injuriam, ut Tyranno in odio fuisse videamur.

16. Velim ut tibi amicus sit, hoc cum tibi opto, opto ut beatus sit, erit enim tamdiu.

18. Ut male posuimus initia, sic cetera sequuntur.

II. 7. Indicio hoc usus sum, non esse barbaris auxiliis fallacissimæ gentis Remp. defendendam; præsertim contra exercitum sępe victorem.

13. Doleo maxime quod in eam causam venisse me video, ut ea sola utilia mihi esse videantur, quæ semper nolui.

Sed

Sed neque hoc tempore nec antea patefeciſſet odium ſuum in me, niſi omnibus rebus me eſſe oppreſſum videret.

15. Omnia tamen ſunt faciliora quam peccati dolor, qui & maximus eſt & æternus.

23. Ea eſt à nobis contracta culpa, ut omni ſtatu omnique populo eundem exitum habitura videatur.

12. 2. At Balbus ędificat: quid enim illi curę eſt? ſua enim nihil intereſſe putat: verum, ſi quæris, homini non recta, ſed voluptuaria quęrenti, nonne vita feliciter acta eſt?

4. Sed vere laudari ille vir (Cato) poteſt, quod ea quę nunc ſunt, & futura viderit; &, ne fierent, contenderit; &, facta ne videret, vitam reliquerit.

13. Cum enim mihi carendum ſit conviviis, malo id lege videri facere quam dolore.

12.26. Cur ego illi moleſtus velim, cum mihi ille jucundus eſſe non poſſit? voluntas tamen ejus mihi grata eſt.

37. Niſi magnę curæ tibi eſſet ut

ego consequerer id quod magnoperè velim, nunquam ea res tibi tam belle in mentem venire potuisset.

46. Polito animo nihil agreste, nihil inhumanum est.

51. Nihil in ea (epistola ad Cęsarem) nisi quod optimi civis, sed ita optimi, ut tempora, quibus parere omnes politici præcipiunt.

13. 2. Jam ad ista (indigna) obduruimus & humanitatem omnem exuimus.

20. In omni vita sua, quemque à recta conscientia traversum unguem non oportet discedere.

23. Ne existimes eos qui non debita consectari soleant, quod debeatur remissuros.

31. Semi-liberi saltem simus: quod assequemur, & tacendo & latendo.

38. Nunc me juva consilio: utrum aperte hominem asperner & respuam, an simulatè agam? Omnino moribus meis illud aptius, sed hoc fortasse temporibus.

44. Est quiddam etiam animum levari,

levari cum ſpectatione, tum etiam religionis opinione & fama.

Præclarum, quod propter malum vicinum, ne victoriæ quidem ploditur.

14.4. Doleo quod nunquam in ulla civitate accidit, non una cum libertate, remp. recuperatam *ſc. Caſare occiſo.*

7. Ea ſunt tempora, ut certi nihil eſſe poſſit, quid honeſtum mihi ſit, quid liceat, quid expediat.

13. Sed hæc fors viderit, ea quæ talibus in rebus, plus quam ratio poteſt.

Honeſtius & libentius deponimus inimicitias reip. nomine ſuſceptas, quam contumaciæ.

Non tradendæ poſteris inimicitiæ.

Non ſunt inſectandi inimicorum amici, præſertim humiliores.

14. Homines benevolos, qualeſcunque ſunt, grave eſt inſequi contumelia.

15. Nunc quacunque nos commovimus, ad Cæſaris, non modo acta, verum etiam cogitata revocamur.

Ne licet quidem tibi jam tantis rebus gestis, non tui similem esse.

Nihil enim est, mihi crede, virtute formosius, nihilpulchrius, nihil amabilius.

In te posita est Resp. tibique non modo tuendi, sed etiam ornandi illi viri à quibus initium libertatis profectum est.

20. Consilia temporum sunt, quæ in horas commmutari vides.

Ducem Novi Belli Civilis, aut nemo sequetur, aut ii sequentur, qui facile vincantur.

21. Talaria videamus, quidvis enim potius quam castra.

15. 1. Ad omnia una consolatio est,quod ea conditione nati sumus, ut nihil, quod homini accidere possit, recusare debeamus.

4. Animis usi sumus virilibus, consiliis puerilibus, excisa enim est arbor, non evulsa.

6. Non medius fidius,acerrimis consiliis plus, quam etiam inertissimis, dummodo diligentibus consequentur.

10. Con-

10. Consilia tali in re ne iis quidem tuta sunt, qui dant.

12. Sed quid ætati credendum sit, quid nomini, quid hæreditati, quid institutioni, magni consilii est.

13. De Libertate retinenda, qua certè nihil est dulcius, tibi assentior.

16. 11. Quis Senatorum veniet? Si venerit Senatus, quis incertis rebus offendet Antonium?

## *Selecta Polit. ex Dione.*

M*ithridates* vir magnus agendis rebus natus, quique adversam sæpe & secundam fortunam expertus, nihil non audendum sperandumque putabat; quia fortunâ in utramque partem validâ usus erat, sæpe victus, sæpe etiam ipse vicisset, non modo non fractus, verum etiam rei militaris peritior evasisse existimabatur.

Omnis victor inexsatiabili rerum secundarum desiderio effertur,

neque finem ullum cupiditati statuit.

Debellare noluit, quo diutius cum imperio esset: Iu medio sese partium continuit, quod neutrorum potentiam augeri nolebat, ac si bellum utrinque ęquis viribus gereretur, summæ id sibi securitati futurum arbitrabatur.

Longe proclivius est alios reprehendere, quam sibi ipsi moderari: & facillimè fit, ut quarum rerum causa alios pœna dignos judicant, has ipsi easdem admittant: ut argumento non sit, propter quas alios accusant, has ipsos odisse.

Ex his quæ *Pompejo* conferebantur ornamenta, & majori invidię expositum, & magis eum molestum populo efficere studebat *Cæsar*, ut illius tanto maturius satietas caperet populum.

*Cicero* Remp. regere affectans, tam nobilitati quam plebi ostendebat, utri se parti adjunxisset, ei incrementum se additurum: igitur utrisque se ap-

applicabat, modò hujus modò alterius partis res fovendo, & utriusque favorem sibi conciliabat.

Promptissimus erat ad unumquemvis, etiam vilissimum hominem demerendum adulandumque.

*Cæsar*, ac si quid proposuisset ut eo potiretur, nullum neque sermonem neque actionem intermittebat; parum sollicitus de ea humilitate in quam se in præsentia dimittebat, dum ex ea potentiam postmodum adipisceretur.

Existimabat Cæsar omnes homines majori studio inimicis adversari, quam suis opitulari.

Plerique cum aliis pro Potentia eorum, aut suis commodis propriis amicitias inimicitiasque suscipiunt.

Humanæ conditioni adscribendum, ut sæpe promptiores in promittendo ac minando homines sint, quam in perficiendo.

Mutationes rerum eos, qui aliquando plurimum potuerunt, omni potentia exuunt.

Ab armis omnia dependent, quibus qui prævalet, ejus legibus omnes necessario obtemperant.

Nihil nequè Arma neque multitudo subditorum, sine eorundem benevolentia conducunt, quinimo hæc ipsa, si fides absit, tanto minus tuta sunt, quanto sunt plura.

Diversi sunt animi sensus eorum qui imperium affectant, & eorum qui eo jam potiti sunt; initio enim iis qui resistere inceptis eorum possunt acceptissima quęque promittunt: re autem perfectâ, neque pollicitorum meminerunt, & suis viribus contra eos ipsos à quibus eas acceperunt, utuntur.

Plura negotia oportunitate occasionum, quam viribus rectè confecta sunt.

Cæsar pecuniis conficiendis maximè intentus erat: quod duas res esse prędicaret, quibus & quæreretur, & augeretur potentia, milites nimirum, & pecuniam: nam & suppeditatione rerum necessariarum exercitus

tus contineri, & eam armis parari: atque alterutro deficiente, reliquum ſimul concidere.

Ferociores & malis facinoribus edendis idoneos milites ex Italia ſecum, ne quid ibi tumultuum excitare poſſent, abduxit, eoſque in Africa, alios aliis occaſionibus haud iniquo animo paſſus eſt perire: nam & hoſtibus per eos cladem inferebat, & malis ipſe hominibus levabatur.

Utque erat animo manſuetiſſimo, militibuſque præ ceteris mortalibus gratificandi ſtudioſus, ita ſeditioſos ex his maxime oderat, ſeveriſſimiſque pœnis coërcebat.

Omne id quod communem ſortem excellit, æmulationi invidięque aliorum obnoxium eſt.

Qui ad magnam potentiam pervenerunt, eos vitam privatam ſine periculo agere poſſibile non eſt.

Neceſſario fit, ut qui aliquid poſſident, aliorum inſidiis impetantur.

Qui ſua otioſè tenent in periculum de his ipſis plerunque veniunt: at qui-

quibus tantum ſupereſt facultatis à ſuis rebus ut aliena quoque bello invàdant: facile hi ſua tuentur.

Neque quiſquam ſuis rebus metuens ad aliena animum adjicit; quod is timor, quem de propriis habet, ab omni prorſus alienorum cura eum avertit.

*Galli* inconſulto ad quaſcunque res cupiditate inexplebili feruntur, neque audaciæ neque timoris modum ſciunt; ſed tum ab audacia in ſubitum metum, tum ab hoc in temerariam audaciam ruunt.

Ea tum temporis Romæ confuſio erat, ut cum Sabinius exiguam pecuniarum, quibus ipſe corruptus fuerat, partem magiſtratibus quibuſdam & judicibus largiretur; non modò illi debita pœna non irrogata ſit; ſed reliqui quoque docti ſint pecuniæ cauſa delinquere, quippe cùm ſe ea facile à ſupplicio redimere poſſent.

Decreta multa facta ſunt ſub titulo quidem æqualitatis, reipſa autem do-

dominationis firmandæ cauſa: utrique adverſarios ſuos patriæ hoſtes appellabant, ſeque pro Rep. bellum gerere dicebant; ſuas vero tantum utrique res privatas augebant, remque ex æquo publicam corrumpebant.

Ubi audacia priores partes habet, ibi probitatem laborare neceſſe eſt: & apud quos injuſtitiam pęna non ſequitur: ibi modeſtia quoque ſuo honore ſpoliatur.

Cætus hominum omninò non conſiſtere, atque ſalvus eſſe poteſt nullus ubi mali non caſtigantur: quia pars ægrota, niſi medicina convenienti ſanetur, in reliquas omnes morbum diffundit.

Peccata denuò augentes, etiam eorum quæ condonata jam fuerant, pœnam ſibi excitant.

Senatus veritus ne tumultum Piſo excitaret, eum ſub imperii titulo in Hiſpaniam ablegavit, ubi, ob injuriam quandam ab incolis trucidatus, periit.

Non Natura inter inimicum & hoſtem

hostem distinxit, sed mores actionesque hoc discrimen faciunt, quæ si bona sunt, etiam peregrinos nobis familiaritate jungunt: sin mala; etiam cognatos à nobis alienant.

Qui post vehementes inimicitias in gratiam redeunt, multa leviuscula temere accidentia in suspicionem rapiunt, atque in universum omnia, tanquam consultò & malam in partem facta, ad conceptum ante odium apponunt.

Plurimi Potentiorum inimicitiis gaudent, quorum animi, cum sint etiam ante simultatibus correpti, facile sermonibus, in hoc ipsum paratis decipiuntur: atque hi odio ipsorum delectati, insidias ipsi sub amicitiæ nullius doli suspectę, specie struunt.

Qui rem aliquam, semel haud rectè experitam, consequi omninò cupiunt, eos nihil magis ab instituto revocat quam si ii, qui aliquid mali ab illis exspectant, præ se ferant sibi id

id volentibus eventurum; quod etsi illi conscientiâ suæ injustitiæ nequaquam credunt, tamen propositum suum innotuisse opinantes, verecundia metuque corripiuntur.

Cicero neque justitiam ad leges, neque utilitatem ad commodum Reip: exigit; sed sua pro voluntate omnia judicat; & quæ in aliis prædicat, in aliis eadem reprehendit, &c.

Qui *vitam suam projiciunt*, eos tanquam ex insania quadam, rem magnam tentaturos reliqui omnes suspectos odioque habent; quos verò plurimam salutis propriæ rationem habere vident, eos laudant tanquam nihil morte dignum commissuros, &c.

Qui *incolumitatem patriæ* curant & amicorum, ea dicere eaque agere debent, quibus suam quoque salutem tueantur, non ea quæ illis una secum exitium afferant.

In bellis & *seditionibus* omnia præter rationem eveniunt, ubi non jure,

re; sed utilitate sua ac necessitate, amicos inimicosque suos ii qui rerum potiuntur æstimant, ac pro oportunitate temporis eosdem & hostes & necessarios suos judicant.

*Princeps* non debet prçter animi sui sententiam quicquam agere *coactus à militibus* : quibus si semel morem gerat, statim ipsi alia quæ postulent inventuri sunt.

*Leges antiquæ* in Rep. firmiter retinendæ : nam quæ eadem semper manent, etsi sint nonnihil vitiosa, utiliora tamen sunt his quç subinde, etiamsi in melius, renovantur.

Homines quosdam *ad peccandum cura* ipsa impellit, ejusque cupiditas coërceri difficulter potest : Multos opinio boni ad delinquendum movet.

Multos generis splendor, divitiarum fastus, honoris magnitudo ac fortitudinis comes audacia, & Potentiæ moles, ut à recto cursu exorbitent, facit.

At

At neque nobilitatem in obſcuritatem, neque fortitudinem in ignaviam, neque prudentiam in ſtupiditatem mutare licet; neque fortunas hominum accidere, aut ſpiritus dejicere inſontium decet.

Eſt vero magni animi eximiæque naturæ, vulgi peccata ferre: quę ſi quis omnia punienda cogitet, imprudens pleroſque hominum occidet.

Hæc quippe hominum eſt ſententia: privatis omnes injurias eſſe perſequendas, ne vel contemtui inde habeantur vel opprimantur: Principem verò debere ea quæ in Remp: peccantur ulciſci; privatim in ſe admiſſa tolerare; cum qui ita deliquerint neque ex contemtu neque ex incurſu poſſint ipſum, ſeptum cuſtodia, damno afficere.

Nam in hoc Principatus inſtituti ſunt, ut ſaluti ſubditorum conſulatur, ne invicem, aut ab exteris injurias accipiant; non ut ſi quid Principem offenderent, ab eo interimi poſſint.

Cogi

Cogi quidem ad metuendum aliquem homo poteſt, ad amandum autem perſuaſione opus eſt: hęc beneficiis in eum collatis, quęque aliis videt tribui, paratur.

At qui injuſte alium morte affectum ſuſpicatur, eandem ſibi fortunam metuens, cædis autorem ut odio habeat impellitur.

Eoſque, qui ira inexorabili utuntur, non modo odio habent ii qui ſibi metuunt: ſed ceteri quoque infenſi, inſidiis ſtructis, ſuam perniciem evitare ſtatuunt.

Plus clementia quam ſævitia proficit: & miſericordes, non ii tantum quibus delicti gratia facta eſt, charos habent ac gratiam referre ſtudent; ſed reliqui etiam omnes reverentur & colunt, ita ut nemo eos deinde lędere auſit.

## *Selecta Polit. ex Polybio.*

PRincipi cura Reipub: propter privatum infortunium relinquenda non eſt.

Nemo mortuorum cauſa viventium quoque officia decere debet.

Nunquam tanta cuiquam adſtruenda eſt Potentia, ut cum eo poſtea de tuo, quamvis manifeſto, jure diſceptare ex æquo non queas; & in poteſtate ejus penitus ſit quicquid libet, nemine adverſante, facere.

Reges naturâ neminem vel hoſtem vel amicum ducunt, verum ex ſuis ſemper utilitatibus amicitias & inimicitias æſtimant.

Politicus multa ſic tractare debet ut nemo animadvertat: unde & facere & dicere multa in vulgus cogitur, per quę contrariam mentem prę ſe ferens, molitionem ſuam occultet.

Non

Non ex quavis occasione, neque sine certa animi destinatione periculum de summa rerum faciendum.

Qui in alienos fines cum exercitu venit, & res magnas, prçter hominum opinionem, molitur, huic ad salutem unica patet via: si spes sociorum, aliis atque aliis subinde bellicis facinoribus editis, continenter renovet.

Errat si quis inter imperatorias virtutes ullam potiorem ducit curâ explorandi ingenium ac naturam Ducis adversariorum.

Temeritas, ferocia, prçceps iracundia, nec non fastus & inanis glori ç studium hostibus, facilem victoriam prçbent.

Qui adversarii peccata potest cognoscere & eâ hostes aggredi quâ & per quæ facillime Dux eorum est expugnabilis, hic brevissimo tempore omnium dominatur.

Magna digni sunt reprehensione qui temere hostium suorum fidei se permittunt: Illi vero non sunt culpan-

pandi qui maturè, prout possunt, sibi cavent. Nam credere quidem prorsus nemini, amittere est facultatem rerum gerendarum: At, ubi pignora fidei idonea acceperis, si quod ratio suadet feceris, culpa omni cares.

## *Selecta Polit. ex Iul. Cæs. Suet.*

PUblicè interest ut arctus præsentique sorte contentus amor inter conjuges sit.

Inter nobiles & plebejos nuptiarum commercia frequentia nobilitatis splendorem obfuscant; nobilesque inde vilescunt, superbiuntque plebei.

Ne tamen nobiles sordidæ paupertati succumbant, plebejæ conjuges magnis opibus prudenter quandoque se muniunt & restituunt.

Reges & Principes non sine summa ratione arbitros se faciunt conjugiorum quę inter Proceres celebrantur.

Omnis enim familiaritas, maxime per nuptias conciliata, quæ Primati cum inimicis publicis, aut iis qui fundamenta status oderunt, intercedit, uti meritò suspecta est, ita in bene constituta rep. aut regno non ferenda.

Nulla magna civitas quiescere potest; si foris hostem non habet domi invenit, & sine negocio ocium in principe civitate non conducit.

In Prætura militari usus magis quam virtus spectari debet: nemo enim cum laude regit, qui non diu & subesse didicit & militare.

Qui ad præclara adspirat, in agnoscendis sagax, patiens in exspectandis, & diligens in arripiendis occasionibus esse debet.

Debet, qui res magnas tentat, adhibita in consilium ratione, nullis affectibus corrupta aut præjudiciis occupata, omnia momenta bene considerare, & vires partium accuratè nosse, ne errorem committant, qui sera pœnitentia emendari non potest.

Ge-

Generosę & devictę gentes, cum ægre pareant, proniores ad rebellionem sunt; periculosiusque jugum excutiunt dolore ac pertinacia animatæ, si Præfectorum avaritia spolientur: ideò horum custodia non lupis, sed canibus aut pastoribus committi debet.

Cum insulis studiose pax colenda est: nam non sine periculo & difficultate tentantur qui mari imperant.

Numerosæ nimis familię in Rep. suspectæ sunt, nec privata autoritate militem contrahere nemini permittendum.

Si suspecti sint subditi, externus miles adhibendus, ut & illi in officio contineantur, sed talis eligendus qui fidus, & cui hostis tuus vere invisus.

Qui in magistratus, majores præsertim, alleguntur, erga præsentem Reip. statum optime affecti sint oportet: neque honores offerendi iis qui occasiones quærunt & exspectant rebus innovandis.

Salus, non servitus est putanda ad Reipub. normam & leges se componere: in legum enim severa executione salus & vera populi libertas consistit: id hodieque Venetias, Genuam, Lucam, aliasque resp. conservat.

Nova cupientibus Dux & Autor auferendus, vel, si plures sint, separandi, curandumque ut in commune non consulant.

Caute in omni factione agendum, & sæpe illis etiam dissimulandum quibus de facto constat: nam si temere detegatur, conjurati plerunque armis & pravæ voluntati addunt desperationem salutis, validiora arma armis ipsis.

Militaris Præfectura & locus sic sit munitus, ut ex eo facilè quis expelli non possit: nam acres ad defectionem stimuli sunt, qui & modestos sæpe animos agitant, & ab instituto vitę tenore cogunt deflectere.

Ideoque tales Provincię istis demandandæ quos virtus, doctrina & fideli-

fidelitas, nullis opibus, nulla affinitate ſubnixos Reip: approbat.

Qui ad libertatem Reip: invadendam ſtudia ſua dirigunt, viros, quos autoritas, prudentia & libertatis ſtudium commendat, opprimere & reip. eripere conantur.

Ubi divitiæ claræ habentur ibi omnia bona vilia ſunt: fides, probitas, pudor, pudicitia.

Certe quos Dea cæca repudiat, Virtus adoptare debet.

Regna, civitates, nationes uſque eò proſperum imperium habent, dum apud eos vera conſilia valuerunt: ubicunque gratia, timor, voluptas ea corrupere, poſt paulo imminutæ opes; dein ademtum imperium; poſtremò ſervitus impoſita eſt.

Conſiliis ſtatus univerſi aut ſtant aut cadunt.

*Selecta Aulic. Pol. ex Var. Autor.*

OMninò Politicè cum Rege ſuo vixerit.

Ad quaſvis offenſionum occaſiones cautiſſimus, modeſtia & integritatis oſtentatione odia immerita propulſans.

Quaſi ſemper cum Rege victurus, timens.

Quaſi cras Aula ejiciendus, confidens.

Quicquid acciderit, inopinatum nihil accidat, cavens.

Malos Principes faciunt: Nimia licentia: Rerum copia: Amici improbi: ſatellites deteſtandi: miniſtria variſſimi: Aulici vel ſtulti vel execrandi, & rerum publicarum ignorantia.

Primoribus claritudo ſua obſequiis proſequenda eſt, adeoque iis minus ſordida adulatio eſt, quia neceſſaria.

Utcunque omnia honeſta dominanti liceant. Quod non poteſt vult poſſe, qui nimium poteſt.

Certiſſima eſt Regnare cupienti via, laudare modica, & otium ac ſomnum ſequi.

In Principe rarum ac prope inſolitum eſt, ut ſe putet obligatum, aut ſi putet, amet.

Argumentum nihil debentium odio quærunt.

Hęc eſt Conſuetudo veſtra, tam diu vobis cordi ſumus, qnam diu uſui.

Coram Rege noli videri ſapiens nimis.

Regalis ingenii mos eſt, in præſentium contumeliam amiſſa laudare, & eis virtutem dare vera dicendi, â quibus audiendis periculum non eſt.

Quam rariſſime loqueris & jucunde apud hominem vitę poteſtatem & necis in acie linguę portantem.

Quorundam parum idonea eſt Verecundia rebus civilibus.

Tardiores habet procęſſus Vere-

ęundia, quę facit ut inter merita sui honoris hærent.

Hoc habent pessimi, animi magna fortuna insolentes, quos lęserunt, oderunt.

Potentiorum injurię hilari vultu, patienter tantum, ferendę; facient iterum injuriam si se fecisse crediderunt.

Sępe adeo vindicare injurias non expedit, ut ne fateri quidem expediat.

Optimum remedium insidiarum si non intelligantur.

Altius injurię quam merita descendunt.

Ita sunt Divites: si quid benefacias, levior pluma est gratia: si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt.

Amicitias, inimicitiasque non ex re, sed ex commodo ęstimare; magisque vultum quam ingenium bonum habere.

Argutię verè autorum suorum ruinę sunt.

Turpiter peccat qui in amicos quicquam committit, ut sibi lucretur.

Ad

Ad convitia nemo ſcitius reſpondet, quam qui nihil reſpondet.

Relinquendum rumoribus tempus quo ſeneſcant.

Caſtra ob rumores nec deſeret nec mutabit, qui certus ſit ſe extra vallum prudentię non tetendiſſe.

Sententia ex ipſo eventu lata ſanum neminem nimis torquebit.

Facetię cum multum ex vero trahunt, acrem ſui memoriam relinquunt.

Reperies qui, ob ſimilitudinem morum, aliena malefacta ſibi objectari putent.

Maledictum interpretando facies acrius.

Lętitia loquax res eſt & oſtentatrix ſui.

Verus Politicus facile ſeipſum vincet, ne unius horulę ſuavem inſaniam magno tędii precio emat.

Ita Gravitas humanitate condienda, ut nec facilitas autoritatem, nec ſeveritas amorem imminuat.

Non vitę ſpiritus, non vocis ſo

nus optimatem à vulgo discernunt; sed vitę in illo integritas, in hoc perversitas: sermonis in illo mixta comitati gravitas; in hoc vanitati comes levitas.

Ut illi, quos virtus & conscientia meritorum ad dignitatem evexit, inania honorum externaque cultus indicia non multum morantur: ita contra illi, qui per ambitum humo se attollere sordesque domesticas occulere satagunt, ferunt inique & contemtum ilico interpretantur si quid vel minimi officii neglexeris.

Frugi viros ad alta vectos munerum, mutare mores convenit nunquam suos.

Ne ulciscere damnum, imò satis sit potuisse, ignoscere vindicta viri maxime fortis est.

Quanto quisque promtior obsequio, tantò citius honoribus & opibus extollitur.

In splendidissimis etiam epulis semper sunt aliqui qui minus bene tractantur. Bene-

Beneficia quæ consequi gloriosum est, palam danda: quę vero tantum succurrunt infirmitati, egestati, ignominiæ, tacitè danda sunt, ut nota sint solis quibus prosunt.

Turpis fęneratio est beneficium expensum ferre.

Pars beneficii est, quod petitur si bene neges.

Nullum beneficium esse duco id quod quibus facias non placet.

Grave est homini prudenti petere aliquid ab eo de quo se bene meritum putat; ne id quod petit exigere magis quam rogare, & in mercedis potius quam beneficii loco numerare videatur.

Beneficia eo usque læta sunt, dum videntur exsolvi posse: ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur.

Præferox ingenium insidiis magis oportunum.

Adversa acuunt magnanimum, prospera mollem.

Præsenti animo compositus perfer

& inſta. In calamitoſo riſus etiam injuria eſt.

Convitia ſpreta exoleſcunt, ſi iraſcare agnita videntur.

Ira quæ tegitur nocet; profeſſa perdunt odia vindictę locum.

Illi ſunt inimici peſſimi, fronte hilari, corde triſti, quos neque ut apprehendas, neque ut mittas ſcias.

Graviſſima eſt probi viri iracundia.

Contemtor animus & ſuperbia, commune eſt nobilitatis malum.

Fulmen eſt ubi una cum poteſtate habitat iracundia.

Odii cauſę acriores quia iniquæ.

Proprium humani ingenii odiſſe quem lęſerit.

Suſpectus dominantibus qui proximus deſtinatur.

Nemo rationem otii ſui reddere cogitur. *Suet.*

Felicitas in ipſa felicitate mori.

Vitam regit fortuna, non ſapientia: ita comparatum à natura eſt ut unuſquiſque ſibi placeat, ac boni aliquid ab eo qui dare poteſt, adipiſci velit. Ne-

Nemini poteſtatem Princeps facere debet puniendi Primarios, ne is adeò formidabilis ceteris fiat, ut etiam contra Principem aliquando quid conetur.

In ſumma fortuna id æquius quod validius.

Sua retinere privatę domus, de alienis certare Regia laus eſt.

Nemo imperium malis artibus quæſitum bene exercet.

Laboribus atque periculis parantur omnia, quę mediocris prudentia ac cura conſervat.

Facilius eſt alios adhortari, quam ſeipſumcontra adverſas res obfirmare

Quę pręter exſpectationem ac inopinato accidunt, animos hominum dejiciunt & rationem conturbant, ut quid agendum ſit minime dijudicare valeant: neque enim conſiliis juxta metum locus eſt.

Qui vero eventum cum animo ſuo ante conſideravit, & futura prævidit, conſiliaque antecepit, ſtrenue admodum timores exturbat, & omnia ſæpe reſtituit.

Jam

Jam uſu receptum eſt, ut, qui rem aliquam non rectè aggreſſi, feliciter tamen perficiunt, optimo conſilio uſi exiſtimentur; alii contra ſtultitiæ culpentur; qui re optime deliberata, voti compotes facti non ſunt.

Plurimis ac maximis bonis adnata ſunt plurima etiam ac maxime triſtia.

# SELECTÆ SENTENTIÆ POLITICÆ EX VARIIS AUTORIBUS.

# SELECTÆ SENTENTIÆ

## Polit. ex Variis Autoribus.



B inquieto sæpe simulaturquies.

Alium silere quod voles, primum sile.

Aliis præesse optabile iis est, libidini servire qui voluut suæ.

Adversus præpotentes & graves homines tenuibus animos tempus addit & locus.

Amorem, qui petit, indicat.

Ad tranquillitatem navigant, quos amor dirigit.

Amorem mutuum consensus facit, diuturnum causa.

Amica munera danti, quam accipienti suaviora.

Amantis cura est ut bonum, magnumque amicum faciat.

Ami-

Amicos habere non potes, nisi & hostes habeas.
Aliud loqui, aliud sentire amor nescit.
Animus & ingenium felicitatem parant: amor possidet.
Amore fæcundus, qui virtute est.
Amor in bonos bonus est: bonum & odium in malos.
A familiaribus in minutis rebus læsus, feras.
Apparet non esse naturale quod varium est.
Animus quandoque in exultationem libertatemque extrahendus.
Ærugo ferrum, corda livor exedit.
Amicus esse non potest si es lividus.
Ante videndum cum quibus, quam quid edas & bibas.
Adversa acuunt magnanimum, prospera mollem.
Aliquando virtutem geminat necessitas.
Assuesce malis quo domites necessitates.
Boni sunt qui bonos amant, imo boni qui oderunt malos. Bea-

Beatam amicitia vitam facit, cum amicitia virtus.

Bonum ſi amicum quæris, teipſum præſta.

Beneficium veri amoris index.

Bonum hominis liber animus ac rectus, alia ſubjiciens ſibi, ſe nulli.

Bonum à malo eſſe ſeparatum non poteſt.

Mixtura quædam ſi utriuſque ſit, bene eſt.

Cui vita ſub Tyranno agenda contigit, inſons licet ſit, plectitur ſæpe ut nocens.

Certiſſima eſt regnare cupienti via laudare modica, & otium ac ſomnum ſequi.

Commodi nihil, aut plus incommodi eſt in iis, ad quæ labore magno contendimus.

Cæleſtis ira quos premit miſeros facit, humana nullos.

Culpa ubi nulla eſt, timere mens tamen ſolet bona.

Cum ſpirat ira ſanguinem neſcit tegi.

Curæ leves loquuntur, ingentes ſtupent.

Cæca eſt Temeritas quæ petit Caſum Ducem.

Capienda rebus in malis prȩceps via eſt.

Cuivis poteſt accidere quod cuiquam poteſt.

Citra beneficium Amor : citra Amorem Beneficium eſſe poteſt.

Conciliat animos conjugum partus fere.

Cum palpat ſȩvit, voluptas, cum blanditur enecat.

Dediſcit animus ſerò quod didicit diu.

Det ille veniam facile, cui veniâ eſt opus.

Dei immortalis bonum Natura perficit: Hominis verò cura.

Divitis ſtatim atque egeni ſolvitur ſodalitas.

Dignum ſe bonorum præſtat amicitia, qui malos deſpicit.

Doctrina & Natura quem beant, amicitia non deſerit.

Doli non ſunt Doli niſi aſtu colas.

De ponere odia decet victum, arma cum victor poſuit. Ex-

Exprimere jus eſt, ferre quod nequeunt preces:

Extrema primo nemo tentavit loco.

Eſt miſer nemo niſi comparatus.

Eſt voluptas, ſed crudelis, hominum quæ fit è malis.

Etiam in rationem vertitur neceſſitas

Etiam Orci effugium reperit neceſſitas.

Etiam ſimiles ſui odio habent vel peſſimi.

Expers eſt timoris omnis qui nil commiſit mali. v. c.

Exiguum Natura deſiderat, opinio immenſum.

Eruditio quę modeſtiam habet, non amore tantum, ſed admiratione digna.

Ex poteſtate & voluntate actiones humanæ perfectionem accipiunt.

Ex intervallo magna generantur.

Eximia Natura ipsâ raritate commendat.

Ea quę à naturâ vim accipiunt, eandem in omnibus ſervant.

Fama vix vero favet, pejus merenti melior, & pejor bono.

Fa-

Factus prȩda majori minor, pro jure vis est.

Ferre, quam sortem patiuntur omnes, nemo recusat.

Falsa hominem fere voluptas verum ducit ad malum.

Falsus est formido vates, auguratur pessima.

Fit sȩpiùs causa odii, amor flagrantior.

Fucus, amoris tabes est, fama, ambitio.

Facilem causam honestus amor habet

Firmus amoris nodus, quem absentia non solvit.

Facilius ames amicum quam celebres.

Fortuna vitrea est, dum splendet frangitur

Frugalitas Paupertas voluntaria est.

Frustra patrem jactant, nisi referunt.

Formosa mulier plena res superbiæ est.

Formas secundas decent superbiȩ.

Fortunatis trimestres quoque nascuntur liberi. a

a Aug. Dio.

Frustra leges prætereunt quem non absolverit conscientia.

Gaudere parcè oportet, & sensim queri.

Totam quia vitam miscet dolor & gaudium.

Graviora sunt longinqui temporis odia.

Generosa in ortus semina exurgunt suos.

Generosus est, qui à Natura bene ad virtutem compositus est.

Grave pondus eum, quem Nobilitas premit.

Habere Regnum Casus est, virtus dare.

Honos est bonus qui sustinet rem publicam.

Honesta quædã scelera successus facit.

Hoc quoque magnum nefas, prope fuisse.

Homines mali beneficium se existimant illis tribuere in quos maleficio abstinent.

Hominem improbum promôris, ipse te evertes.

Honestum quoque agit ad inhonesta necessitas.

Haut

Haut livor ullus in virumcadit bonum
Haut conſerit Livor manum cum imbellibus.
Hominem amor Deum facit: Honeſte vivere optimum.
Hoc Reges habent magnificum & ingens: prodeſſe miſeris.
Hominis bonum non eſt in homine, niſi cum in illo ratio perfecta eſt.
Haut facile in bonum coitur, in malum facillimè.
Hæc eſt conditio Principum, ut quicquid faciant, præcipere videantur.
Haut neceſſe eſt timere quempiam ſe qui timet.
Homiuem eſſe ſe haut meminit, qui nunquam injuriarum obliviſcitur.
Imperia pretio quolibet conſtant bene.
Inviſa nunquam imperia retinentur diu.
Ira quæ tegitur nocet, profeſſa p..dunt odia vindictæ locum.
Juſto eſſe facile eſt, cui vacat pectus metu.
In re mala animo ſi bono utaris adjuvat.

Incommodorum ſæpè leviorum fugâ in calamitates maximas incurritur.
Impii trepidant timore ubi nullus eſt timor.
In re arcta amici, ne eſſe cunctator velis.
Impotentes qui nocere ceteris aſſuevit, nullus eum ſublevatum in rebus adverſis volet.
Inter amicos ne fueris judex.
Indignandum nihil, niſi ipſe indignando adſtruas.
Iniquius quò odium eſt, eò eſt acerbius.
Is maxime divitiis fruitur, qui minimè divitiis indiget.
Inter virtutes elegantiaſque humanitas amori proxima.
In rerum mari vir amicus clarusque cynoſura eſt, in tempeſtate portus.
Infelix amicitia quę ambitioni ſervit.
Ingenio meremur poſteros, progenie facimus, amore habemus.
Imperfecta ſua amicus bona cenſet, niſi in amico videat.
Iiſdem, quibus accenditur amor, fovetur.

In malis vinci malum eſt.

Jura pudorque & conjugii ſacrata fides fugiunt aulas.

In aula lenta ſunt beneficia & injuriæ præcipites.

Ignoſcere, vindicta viro maxima forti eſt.

Indigna digne habenda ſunt herus quæ facit.

Inſanum eſt ob res leves ſubire periculum.

Iniqua raro maximis virtutibus fortuna parcit.

In magnis opibus, ut difficile, ſic pulchrum ſeipſum continere.

In omni vitæ genere primum eſt ſeipſum noſcere.

Integritate fides alitur, fide vero Amicitia.

In utraque fortuna, Fortunæ ipſius memor eſto.

Laus vera & humili ſæpe contingit viro, non niſi potenti, falſa.

Latere ſemper patere quod latuit diu; ſæpé eruentis, veritas patuit malo.

Levius ſolet timere qui propius timet
Levius fit patientia quicquid corrige-
re eſt neſas.
Lapis Auri index, Aurum Hominis.
Legem dat ipſa, haut accipit Neceſ-
ſitas.
Livoris exſors nulla vis ſapientię eſt.
Livor ſupremarum comes virtutum
eſt.
Lucri qui cauſa amant, non amant.
Litigare ditiorum eſt, pauperum
quieſcere.
Litis atque æris alieni certa miſeria
eſt comes.
Litigare cum Tyranno, vita ſi cara
eſt, cave.
Lex ubi pudorque regnant; vis ibi ac
lis exulant.
Labor ipſe laborem abdicat, & do-
lor dolorem.
Magna tolerat mala, majora quiſ-
quis timuit.
Maximum hoc regni bonum eſt, quod
facta domini cogitur populus tam
laudare quam ferre.
Miſer occupet præſidia, ſecurus legat.

Malus est minister regii imperii Pudor
Media via est quæ neque amicos parat, neque inimicos tollit.
Magna pars vulgi levis odit scelus, spectatque.
Magis solito splendet extremus decor
Magnum timoris remedium, clementia est.
Male imperatur, cum regit vulgus Duces.
Magna pars libertatis est bene moratus venter & contumelię patiens.
Male vivunt, qui semper vivere incipiunt.
Malum panem fames tenerum & siligineum facit.
Mors sola jus æquum est generis humani.
Maxime timor sibi fingit quæ execratur maximè.
Mavelim nimis videri timidus, quam prudens parum.
Malum est in necessitate vivere: sed in necessitate vivere nulla necessitas est.
Modestia Honorem fulcit, Amorem excitat

Magnę divitię ſunt lege Naturę compoſita Paupertas.
Multis paraſſe divitias non finis miſeriarum fuit, ſed mutatio.
Meditare utrum commodius ſit vel mortem tranſire ad nos, vel nos ad eam.
Magnitudo non habet certum modum: Comparatio illam aut tollit, aut deprimit.
Magna tenet quem parva juvant.
Moderatè id fieri debet à nobis, quod ſæpè faciendum eſt.
Multorum, quæ imbecilla ſunt, latent vitia; eadem velle eos cognoſces, da poſſe quantum volunt.
Majus eſt Regno, regias opes poſſe contemnere.
Nefas nullum per nefas nati putant.
Nullus ſalutis, Hercule infenſo, poſt locus.
Negata magnis ſceleribus ſemper fides.
Non expedit fere concutere felicem ſtatum.
Non turpe puta quicquid miſeros fortuna jubet.

Nunquã poteſt non eſſe virtuti locus?
Nullum ad nocendum tempus anguſtum eſt malis.
Nemo potentes aggredi tutus poteſt.
Non in occulto eſt perdenda virtus approba populo manum.
Nemò ad id ſero venit,unde nunquã, cum ſemel venit, potuit reverti.
Nec Regna ſociũ ferre nec tędę ſciunt
Nihil in propinquos temerè conſtitui decet.
Nihil grave quod leviter accipias.
Non facile neque ſine magno metu mutati poteſt, quod longo tempore radices egit.
Nemo eſt caſu bonus,diſcenda virtus.
Natura bonum ſuum, niſi conſummata, non profert.
Niſi ubi rationi locus eſt,bonũ non eſt.
Ne quid exſpectes amicos quod tute agere poſſis.
Ne cui miniteris, eſt enim muliebre.
Non poteſt perfectę naturę bonum in imperfecta eſſe natura.
Nullam haber ſpem ſalutis æger, quæ ad intemperantiam medicus hortatur.

Ne-

Nemo voluptati ſervire unaque publico poteſt.
Nocet voluptas quę ſit tempore haut ſuo.
Nulla eſt ibi voluptas ubi eſt timor.
Nulla eſt voluptas abſque rerum opulentiâ.
Nulla eſt voluptas cui comes non ſit dolor.
Nulla eſt voluptas quæ ſatiari non queat.
Nullâ vi coire poſſunt quę naturâ diſſident.
Non poteſt diu convenire otio ac negotio.
Neceſſitas quem cogit ut fiat malus?
Neceſſitas ratione, in arctis plus valet.
Neceſſitas virtutis deſperatio eſt.
Neceſſitas vel timidos fortes facit.
Neceſſitas fortiter ferre docet, conſuetudo facile.
Nihil pudendum ibi ubi eſt neceſſitas.
Nihil eſt liberale quod non idem eſt juſtum.
Nunquam addit quid, cuncta Livor detrahit.
Nunquam bonos odiſſe quis poteſt bonus.

Nullum gravius ſupplicium eſt, odio publico:

Non timor res ſolum intuta eſt, cuncta intuta etiam facit

Nón jacet in uno cubili Terror ac Clementia.

Nemini non flagitioſo reș tuta inter ſuos Timor.

Nulla naſcitur timoris cauſa, cuncta ſi times.

Ne pingues time ac comeſos, ſed macros & pallidos.

Nil paventius columbä, nilq; ea fęcundius.

Nemo non ita exit è vita tanquam modò intraverit.

Non eſt amicus eſſe quamdiu ſuſpicor

Non amat honeſtum, ejus qui cultores deſpicit.

Non ſunt amici, niſi communes quoque hoſtes habeant.

Noveris quem amare voles: Neſcit amor numerum.

Nulla non res principia ſua magno gradu tranſit.

Nulli vitium eſt niſi cui virtus eſſe poteſt. Nulli

Nulli contigit impunè nasci.
Nulli parcendum est magis rei, quam cujus frequens usus est.
Non potest grande aliquid & supra se loqui, nisi mota mens.
Non potest sublime quicquam & in arduo positum contingere, mens quamdiu apud se est.
Non te mala lædent, nisi te ea lædere dicas.
Nec temperari facile nec deprimi potest, stricti ensis ira.
Nihil à meretrice differt sæpe nupta fæmina.
Noli *dicere*, *facere*, *credere*, *judicare*, omnia quæ *scis*, *potes*, *audis*, *vides*.
Nullam omnium rerum usque adeo invenies bonam, cui non mali quoque quippiam sit ad ditum
Nec Temeritas semper felix, nec Prudentia ubique tuta est.
Odia fere sunt proximorum acerrima.
Odisse quàm donare constat vilius.
Offendere quam odisse pol honestius est.
Omne credit eventurum quod timet mens anxia.

Omnes qui unam rem in ſeculo appetunt, ſyncero aut puro nequeunt amore conjungi.
Omnia in Amore ſunt paria.
Odit verus amor nec patitur moras.
O vita fallax! abditos ſenſus geris, animiſque pulchram turpibus faciem induis.
Oblata caſu ad conſilium flectere prudentia eſt.
O miſera virtus, [a] nomen inane; te quidem ceu Regem colebam: at ſerva tu Fortunæ eras.
Pudor impudentem celat, audacem quies.
Pietas nefandum: Vera fallaces probant, ſimulantque molles dura.
Pericula ſæpe, ſæpe proximam necem repellit eloquentia.
Periculoſum divitum ſtatum ſpectans, pauperiem & arctam diſce amare fortunam.
Plerumque qui placere ſe cunctis ſtudet, & ſe ipſe lædit, nec ſatis cuiquam placet.

Pro-

a Brutus.

Prodeſt & quod moratur ad prava properantem.
Paupertas nulli malum eſt niſi repugnanti.
Pauper atque dives haut ſunt juge contubernium.
Plurium contagioſa ubique converſatio eſt.
Privata ſæpè falſis odia criminibus latent.
Peſſimam vitam anteponit optimæ morti timor.
Parvo fames conſtat, magno faſtidium.
Philoſophię ſervias oportet, ut tibi contingat vera libertas.
Plures amandi ut amicum ſeligas.
Principia ſua ſemper ſequens magnitudo obruit.
Proxima puris ſors eſt manibus, neſcire nefas.
Proprium ignorantis eſt non poſſe tacere.
Periclitatur Caſtitas in Delitiis: Humilitas in Divitiis, Probitas in Negotio: Veritas in multiloquio.

Potentiorum ſemper eſt vicinitas vitanda tenuioribus.

Paucos beavit Aula, plures perdidit: ſed & hos ipſos quos beavit perdidit.

Privata fas eſt remittere odia publico.

Petendo patriam, perdis; ut fiat tua, vis eſſe nullam,

Præſenti animo compoſitus perfer & & inſta.

Pacem reduci velle victori expedit, victo neceſſe eſt.

Poſcunt fidem ſecunda; at adverſa exigunt.

Proſperum ac felix ſcelus virtus vocatur.

Pretio parata, vincitur pretio fides.

Plebeus in hoc regi anteſtat loco, licet lacrimare plebi, Regi honeſtè non licet.

Quæ ſcelere pacta eſt, ſcelere rumpitus fides.

Quod ratio nequit, ſæpe ſanavit mora.

Quod civibus tenere te invitis ſcias, ſtrictus tuetur enſis.

Quemcunq; fortem videris, miſerum neges. Quo-

Quoties necesse est fallere aut falli à suis, patiare potius ipse quam facias scelus.
Qui vult amari, languida regnet manu.
Quod non potest, vult posse qui inmium potest.
Quem fata cogunt, ille cum venia est miser.
Qui timide rogat, docet negare.
Quod metuit auget, qui scelus scelere obruit.
Quem penitet peccasse, pænè est innocens.
Quod facimus, id nisi utile est, stulta omnis atque inanis inde est gloria.
Quicunque pollicetur de alieno benefacere, huic tu, si sapis, ne fidito.
Quid interest utrum Deos neges an infames?
Quæ facturus es ea ne prædixeris, frustratus enim rideberis.
Quicquid vult habere nemo potest: necessarium est parvo assuescere.
Quid est voluptas præterquam umbra & somnium?
Quicquid jubet, tuetur necessitas.
Quam-

Quamvis docet naturę artem necessitas.
Quem maxime odimus, ei obsequemur maximè.
Quamvis est intactus, odit quisque quem timet sibi.
Quò minus timoris, hoc est & magis periculi.
Quàm magis tegis timores, tam magis facis palam.
Quicquid a vobis minor extimescit, majorhoc vobis dominus minatur: omne sub regno graviore regnum est.
Qui genus suum jactat, aliena laudat.
Qui in Rep: & literis versatur, publicam & privatam amoris causam habet.
Quicquid in altum fortuna tulit, ruitura levat: modicis rebus longius ævum est.
Qui non quicquid fieri potest pro futuro habet, dat in se vires rebus adversis.
Qui multa agit, sæpefortunæ potestatem sui facit.

Qui tranquille volet vivere, nec privatim agat multa, nec publicè.

Quæ non facias, dicere ea quid est necesse?

Quę facias dicere nec fortis aut modesti est.

Quæ terribilia sunt ab insolentiâ, ea reddet assuetudo blanda & mollia.

Quo quis propinquior Regi, eo propinquior patibulo.

Ratio non sensus judicat de bono hominis.

Reverenter habe quos superi dant superiores.

In se spuit is qui spuit adversus olympum.

Recti apud nos locum tenet error ubi publicus factus est.

Rarò conservantur diu Continentia in muliere, Calor in pane; Sapor in vino, Fides in advocato

Rara est in Dominos justa licentia.

Roboris prudentiæque rara valde copula est.

Res suas nemo florentes misceat cum perditis.

Rebus

Rebus in cunctis timor Magister non ineptus est.

Ridiculum est currere ad mortem tędio vitæ, cum vitæ genere, ut currendum esset ad mortem, effeceris.

Regna cum scelere omnibus sunt exiliis graviora.

Regi tuenda maximè Regum est salus.

Rex est qui posuit motus & diri mala pectoris : hic, tuto positus loco, infra se videt omnia.

Risu inepto nulla res ineptior est.

Res est profecto stulta nequitię modus.

Regnare non vult posse qui invisus timet.

Simul ista mundi conditor posuit Deus; odium atque Regnum.

Sanctitas, pietas, fides, privata bona sunt, quá juvat Reges eant.

Sceleri modus debetur ubi facias scelus; non ubi reponas.

Serum est cavendi tempus in mediis malis.

Scelus aliquod tutum, nullum securum tulit.

Sor-

Sortem facit vicina libertas levem.
Solent ſuprema facere ſecuros mala.
Sæpe eruentis veritas patuit malo.
Sera nunquam ad bonos mores via eſt
Semel cum cepit premere felices Deus, urget.
Sæpius conſuetudini noſtrę aliquid deeſt, nobis vero nihil.
Sua quiſque exempla debet æquo animo pati.
Superſtitio error inſanus eſt, amandos timet, quos colit violat.
Si tenuiorem juverit potentior, utrique melius fuerit & prolixius.
Sæpe Naturam ſuperat neceſſitas.
Sol licet lutum penetret, haut fætorem contrahit.
Stultitia eſt facinus magnum timido cordi credere.
Si vis vacare animo, aut pauper ſis oportet, aut pauperi ſimilis.
Si ad naturam vives, nunquam eris pauper:
ſi ad opinionem, nunquam dives.
Stulti vita ingrata eſt, trepida eſt, tota in futurum fertur.

Sine

Sine amico viſceratio leonis ac lupi vita eſt.
Sapiens ubique cives, & amicos ubique invenit.
Sine amico vivere mors eſt: mori pro amico vita.
Senex quamdiu muſas colit, amori aptus eſt.
Sępe error ingens ſceleris obtinuit locum.
Sapienti non omnia ut voluit cedunt, ſed ut cogitavit.
Secundas formas decent ſuperbiæ.
Stultitia eſt bene cui licet eſſe, eum prævorti litibus.
Sontibus parent boni: jus eſt in armis, opprimit leges timor.
Suus cuiq; attributus eſt error, ſed non videmus manticę quod in tergo eſt.
Scientia Pauperis divitię; divitis ornamentum; contenti & afflicti ſolatium.
Sapientià gubernator navem torquet, non violentia.
Coquus magnum ahenum, quando fervet, paullâ confutat truâ.
Si

Si possent homines delinimentis capi,
omnes haberent nunc amatores anus
Ætas & corpus tenerum & morigeratio:
Hęc sunt venena formosarum mulierum.
Mala ætas nulla delinimenta invenit.
Sero pęnitet, qui in re dubia nimis cito decernit.
Tacere multis discitur vitæ malis.
Tutissimum est inferre, cum timeas, gradum.
Tutò movetur quicquid extremo in loco est.
Tibi innocens est quisquis ęst pro te nocens.
Turpe est senescere saxa apud syrenia.
Tellus colenda est junoni, pellices cælum tenent.
Ut nemo doceat sceleris vias, Regnum docebit.
Visu carentem magna pars veri latet.
Ubi animus errat, optimum est casum sequi.
Vicinitas mala instar infortunii est.
Vix obstrepit Livor malis, bonos terit.

Ut famæ, sic amicitiæ mater Virtus est.

Uni qui bono viro placuerit, omnibus placebit.

Vitę vita amor est, nec perfectus nisi unus.

Ubi reciprocus est, etiam constans affectus est.

Verus amor absentem amicum pręsentem facit.

Videri & audiri amoris delitiæ sunt.

Verus amicus amare perget, etiam cum amari desinet.

Unde quis ortus modestia & mores ostendunt, & amicum faciunt, si boni.

Vir bonus nec cito fieri potest, nec intelligi.

Virtutis est domare quę cuncti pavent.

Victima haut ulla amplior potest, magisque opima mactari Iovi, quam Rex iniquus.

Ubi uber, ibi tuber: ubi Helena, ibi Troja: ubi amor, ibi oculus.

Verba erubescunt factis deficientibus:

*Ab alio spectes* alteri quod feceris,

Ab

Ab amante lachrymis redimes iracundiam.

Absentem lædit cum ebrio qui litigat.

Ad calamitatem quilibet rumor valet.

Ad pęnitendum properat citò qui judicat.

Ad tristem partem strenua est suspicio.

Adulter est uxoris amator acrior.

Æs debitorum leve; grave, inimicum facit.

Ætas cinędum facit, ętas indicat.

Alienum nobis, nostrum plus aliis placet.

Alienum æs homini ingenuo acerba servitus.

Alienum est omne quicquid optando evenit.

Alterius damnum gaudium haut facias tuum.

Amans iratus multa mentitur sibi.

Amans quid cupiat scit, quid sapiat non videt.

Amans, quod suspicatur, vigilans somniat.

Amans, ita ut fax, agitando ardescit magis.

Amare & ſapere vix Deo conceditur.
Amare juveni fructus eſt; ſeni crimen
Amantis jusjurandum pænam non habet.
Amantium ira amoris integratio eſt.
Ames parentem ſi ęquus eſt; ſi aliter, feras.
Amicis eò magis des, quò nihil habes.
Amicitia pares aut accipit aut facit.
Amicitia ſemper prodeſt, Amor & nocet.
Amicitię coagulum unicum eſt fides.
Amici vitia ſi feras, facis tua.
Amicum, an nomen habeas, aperit calamitas.
Amicum lędere ne joco quidem licet.
Amicum perdere eſt damnum maximum.
Amici vitia noveris non oderis.
Amor extorqueri non poteſt, elabi poteſt.
Amori finē tempus, non animus facit.
Amoris vulnus idem, qui ſanat, facit.
Amor miſceri cum timore non poteſt
Amor otioſæ cauſa ſolicitudinis.
Amor, ut lachryma, oculis oritur, in pectore cadit.

A morte ſemper homines tantundem abſumus.
Anguſtâ capitur tutior mensâ cibus.
Animi arbitrio amor ſumitur, non ponitur.
Animo dolenti nihil oportet credere.
Animo imperabit ſapiens,ſtultus ſerviet.
Animo Virum Pudicæ, non oculo eligunt.
Animus æger turbæ præbet ſpectaculum.
Animus vereri qui ſcit,ſcit tuta ingredi.
Animus hominis quicquid ſibi imperat, obtinet.
Annoſus non diu vixit, diu fuit.
Anus, cum ludit, morti delitias facit.
Aperte mala cum eſt mulier, tum demum eſt bona.
Arcum intenſio frangit, animum remiſſio.
Ars non eſt ea quę ad effectum caſu venit.
Adſpicere oportet, quicquid nolis perdere.

Avaro quid mali optes, niſi ut diu vivat.
Avarum facile capias, ubi non ſis idem.
Avarum irritat, non ſatiat, pecunia.
Avarus damno potius quam ſapiens dolet.
Avarus ipſe miſeriæ cauſa eſt ſuæ.
Avarus, niſi cum moritur, nil rectè facit.
Audendo virtus creſcit, tardando timor.
Auferri & illud, quod dari potuit, poteſt.
Avidum oportet eſſe neminem, minimè ſenem.
Aut amat, aut odit mulier, nihil eſt tertium.
Auxilia humilia firma conſenſus facit.
Aleator quanto in arte eſt melior, tantò eſt nequior.
*Bene vulgo audire*, eſt alterum patrimonium.
Bene cogitata ſi excidunt, non occidunt.
Bene dormit qui non ſentit quam malè dormiat.
Bene-

Beneficia donari, aut mali, aut ſtulti putant.
Beneficia plura recipit qui ſcit reddere.
Beneficii cito dati nunquam obliviſcere.
Beneficium accipere, libertatem vendere eſt.
Beneficium dando accepit, qui digno dedit.
Beneficium dignis ubi des, omnes obligas.
Beneficium qui dare neſcit, injuſtè petit.
Beneficium qui dediſſe ſe dicit, petit.
Beneficium ſæpè dare, docere eſt reddere.
Benè perdis gaudium ubi dolor pariter perit.
Bene perdit nummos, judici cum dat nocens.
Bene vixit is, qui potuit, cum voluit, mori.
Benevolus animus maxima eſt cognatio.
Benignus etiam dandi cauſam cogitat.

Bis emori eſt alterius arbitrio emori.
Bis eſt gratum, quod opus eſt ultrò ſi offeras.
Bis interimitur, qui ſuis armis perit.
Bis peccas cum peccanti obſequium accommodas.
Bis vincit, qui ſe vincit in victoria.
Blanditiâ, non imperio fit dulcis Venus.
Bona comparat præſidia miſericordia
Bona fama in tenebris proprium ſplendorem obtinet.
Bona, imperante animo, fiet pecunia.
Bona homini mors eſt vitæ quæ extinguit mala.
Bona nemini hora eſt, ut non alicui ſit mala.
Bona opinio hominum tutior pecunia eſt.
Bono quæ veniunt, niſi ſuſtineantur, opprimunt.
Bonarum rerum conſuetudo peſſima eſt.
Bona turpitudo eſt quæ periculum vindicat.
Boni eſt viri, etiam in morte nullum fallere.

Bonis

Bonis nocet quiſquis pepercerit malis.

Bonitatis verba imitari malitia major eſt.

Bono juſtitiæ proxima eſt ſeveritas.

Bonorum crimen eſt officioſus miſer.

Bonum ad virum cito moritur iracundia.

Bonum eſt, fugiendo aſpicere in alieno malo.

Bonum eſt, etiam bona verba inimicis reddere.

Bonum quidem ſupprimitur, nequaquam extinguitur.

Bonus animus lęſus gravius multò iraſcitur.

Bonus animus nunquam erranti obſequium accommodat.

Brevis mens ipſa eſt memoria iracundię.

Brevis ipſa vita eſt, ſed malis fit longior.

*Cæci ſunt oculi*, cum Animus alias res agit.

Caret periculo, qui etiam cum eſt tutus cavet.

Caſta ad virum matrona parendo imperat.
Caſus quem ſępe tranſit aliquando invenit.
Cave amicum credas, niſi quem probaveris.
Cavendi nulla eſt dimittenda occaſio.
Cave ne quicquam incipias, quod poſt pœniteat.
Cicatrix conſcientiæ pro vulnere eſt.
Citius venit periculum cum contemnitur.
Citò fit ignominia ſuperbi gloria.
Citò improborum læta ad pernitiem cadunt.
Civilis belli oblivio defenſio eſt.
Cogas amantem iraſci, amare ſi velis.
Comes facundus in via pro vehiculo eſt.
Conjunctio animi maxima eſt cognatio.
Conſcientia amici, nullius linguæ invenit preces.
Conſcientiæ potius quam famæ attenderes.
Conſidera quid dicas non quid cogites

Con-

Consilium inveniunt multi, sed docti explicant.
Consilio melius vincas quã iracundiâ.
Consueta vitia ferimus non reprehendimus.
Contemni gravius sapientię est, quam percuti
Contemni levius stultitiæ est, quam percuti.
Contra felicem vix Deus vires habet.
Contra impudentem stulta nimia ingenuitas.
Contumeliam nec ingenuus fert, nec fortis facit.
Crimen relinquit vitæ, qui mortem appetit.
Crudelem medicum intemperans æger facit.
Crudelis est, non fortis, qui infantem necat.
Crudelis est in re adversâ objurgatio.
Crudelis lachrymis pascitur, non frangitur.
Cui nolis sæpe irasci, irascaris semel.
Cui quid vindicandum est, omnis optima est occasio.

Cui omnes benedicunt, poſſidet populi bona.
Cui plus licet quam par eſt, plus vult quam licet.
Cui ſemper dederis, ubi negas, rapere imperas.
Cuivis poteſt accidere quod cuiquam poteſt.
Cuivis dolori remedium eſt patientia.
Cujus mortem amici exſpectant, vitam cives oderunt.
Cum ames, non ſapias, aut cum ſapias non ames.
Cum das avaro præmium, ut noceat, rogas.
Cum inimico nemo in gratiam tuto redit.
Cum vitia proſunt, peccat qui rectè facit.
*Damnare* eſt objurgare cum auxilio eſt opus.
Damnati lingua vocem habet, vim non habet.
Damnum appellandum eſt, cum malâ famâ, lucrum.
Damnum niſi ex abundantia rarò venit.
Di-

Didicere flere fæminæ in mendacium.
De inimico ne loquaris malè, sed cogites.
Deliberando discitur sapientia.
Deliberandum est diu quod statuendum est semel.
Deliberare utilia mora tutissima est.
Deliberando sæpè perit occasio.
Demens est quisquis præstat errori fidem.
Deos ridere credo cum felix vocat.
Despicere oportet quod posses perdere.
Dies quod donat timeas, citò raptum venit.
Difficile est dolori convenire cum sapientia.
Difficilem habere oportet aurem ad crimina.
Dimissum quod nescitur non amittitur.
Discipulus est prioris posterior dies.
Discordia fit carior concordia.
Discute quod audias omne, quod credas proba.

Diu apparandum eſt bellum ut vincas celerius.
Dixeris maledicta cuncta, cum hominem ingratum dixeris.
Dolor animi gravior eſt, quam corporis dolor.
Dolor decreſcit, ubi quo creſcat non habet.
Ducis in conſilio poſita eſt virtus militum.
Dulce etiam fugias, quod fieri amarum poteſt.
Dum vita grata eſt, mortis conditio optima eſt.
Duplex fit bonitas, ſi ſimul acceſſit celeritas.
*Effugere cupiditatem*, Regnum eſt vincere.
Eget minus mortalis quò minus cupit.
Eheu quam miſerum; fieri metuendo ſenem.
Eodem animo beneficium debetur, quo datur.
Eripere telum, non dare, irato decet.

Esse necesse est vitia minima, maximorum, maxima.
Est beneficium eo carere, quod invitus possides
Est cupiditati tarda & ipsa celeritas.
Est honesta turpitudo, pro bona causa mori.
Est socia mortis homini vita ingloria.
Est turba semper argumentum pessimi.
Et calamitas virtutis est occasio.
Et deest & superat miseris cogitatio.
Etiam bonum sæpius obest adsuescere.
Etiam capillus unus habet umbram suam.
Etiam celeritas in desiderio mora est.
Etiam hosti est æquus, qui habet in consilio fidem.
Etiam innocentes cogit mentiri dolor.
Etiam in peccato rectè præstatur fides.
Etiam oblivisci [a] quid sis interdum expedit.



[a] Quod scis.

Etiam qui faciunt oderunt injuriam.
Etiam ſanato vulnere cicatrix manet.
Etiam Tyrannus vix precariò imperat.
Et miſeriarum partus eſt Patientia.
Excelſis multo facilius caſus nocet.
Exeritur opere nequitia, non incipit.
Ex hominum quęſtu facta fortuna eſt Dea.
Exilium patitur patriæ qui ſe denegat.
Ex lite multa gratia fit formoſior.
Expetit pænas iratus ab alio, à ſeipſo exigit.
Ex pręmii ſpe Labori fit ſolatium.
Extrema ſemper de antefactis judicant.
Ex vitio alterius ſapiens emendat ſuum.
Exul is, cui nuſquam domus eſt, ſine ſepulchro eſt mortuus.
*Facilitas animi* ad partem ſtultitiæ rapit.
Facilius creſcit quam inchoatur dignitas.
Facit gratum fortuna quem nemo videt.

Factum

Factum tacendo, crimen facias acrius.
Falsum maledictum malevolum mendacium est.
Famam curant multi, pauci conscientiam.
Fatetur facinus is, qui judicium fugit.
Felicitas nutrix est iracundiæ.
Felicitas infelici innocentia est.
Felix est, non qui videtur esse aliis, sed qui sibi.
Felix improbitas optimorum est calamitas.
Fer difficilia, facilia levius perferes.
Feras non culpes, quod mutari non potest.
Feras quod lædit, ut & id quod prodest, feras.
Ficta cito ad naturam reciderint suam
Fidem nemo unquam perdit, nisi qui non habet.
Fidem qui perdit, ultra nil potest.
Fidem qui perdit quo se servat reliquo?

Fides, ut anima, unde abiit, eò nunquam redit.

Fœminarum curam gerere, desperare est otium.

Formosa facies multa commendatio est.

Fortior est qui cupiditates suas, quam qui hostes subjicit.

Fortuna cum blanditur, captatum venit.

Fortuna plus homini quam consilium valet. a

Fortuna jus in hominis mores non habet.

Fortuna magna, magna Domino est servitus.

Fortuna nulli plus quam consilium valet.

Fortunam citius reperias quam retineas.

Fortuna nimium quem fovet, stultum facit.

Fortuna nos vincit, nisi tota vincitur.

Fortuna obesse nulli contenta est semel.

Fortuna quò se, eòdem & inclinat favor.

Fortuna unde aliquid fregit, cassum penitus est.

Fortuna usu dat multa, mancipio nihil.

Fraus est accipere quod non possis reddere.

Frequens vindicta paucorum odium reprimit.

Frugalitas inserta est rumores boni.

Frustra rogatur qui misereri non potest.

Fulmen est, ubi cum potestate habitat iracundia.

Furor fit læsa sæpius patientia.

Futura pugnant ne se superari sinant.

*Geminat peccatum*, quem delicti non pudet.

Gemitus dolores indicat non vindicat

Grave crimen, etiam cum leviter dictum est, nocet.

Grave judicium est, quod præjudicium non habet.

Grave præjudicium est, quod judicium non habet.

Gravis animi pęna eſt, quem poſt facti pænitet.
Gravis animus dubiam non habet ſententiam.
Gravior eſt inimicus qui latet in pectore.
Graviora quędam ſunt remedia periculis.
Graviſſima eſt probi hominis iracundia.
Graviſſimum eſt imperium conſuetudinis.
Gravius malum omne eſt quod ſub aſpectu cadit.
Gravius nocet quodcunque inexpertum accidit.
*Habent locum maledicti* crebrę Nuptię.
Habet in adverſis auxilia, qui in ſecundis commodat.
Habet ſuum venenum blanda oratio.
Hæredem ferre honeſtius eſt quam quærere.
Hæredis fletus ſub perſonâ riſus eſt.
Heu conſcientia animi gravis ſervitus!
Heu quam miſer eſt qui in tormentis vo-

vocem haut habet!
Heu quam miserum est discere servire, ubi dominari doctus es!
Heu quam miserum est ab eo lędi, de quo non ausis quęri!
Heu quam multa pęnitenda incurrunt viventes diu!
Heu quam difficilis glorię custodia est!
Heu quam est timendus, qui mori tutum putat!
Hominem etiam frugi flectit sæpe occasio.
Hominem experiri multa paupertas jubet.
Hominis consilium tunc deest, cum multa invenit.
Homo extra corpus est suum cum irascitur.
Homo, ne sit sine dolore, fortunam invenit.
Homo, qui in homine calamitoso est misericors, meminit sui.
Homo semper aliud fert in se, in alterum aliud cogitat.
Homo semper in os fert aliud, aliud cogitat.
Homo

Homo toties moritur, quoties amittit suos.

Homo vitę commodatus, non donatus est.

Honesta lex est temporis necessitas.

Honeste parcis improbo, ut parcas probo.

Honeste servit qui succumbit tempori

Honestus rumor alterum est patrimonium.

Honos honestum decorat, in honestum notat.

Humanitatis optima est certatio.

*Iacet omnis virtus*, fama nisi late patet.

Ibi semper est victoria, ubi concordia est.

Ibi pote valere populus ubi leges valent.

Id agas, tuo te merito ne quis oderit.

Ignis suum calorem etiam in ferro tenet.

Ignis probat aurum, miserię fortem probant.

Ignoscere hominum est, ubi pudet cui ignoscitur.

Ignoscito sæpe alteri, nunquam tibi.

Illo nocens se damnat, quopeccat, die.

Impe-

Imperium habere vis magnum ? impera tibi.
Improbe Neptunum accuſat, qui iterum naufragium facit.
Imprudens peccat, quem poſt facti pænitet.
Impune in eum pecces, qui peccat rarior.
In amore ſemper mendax iracundia eſt.
In amore forma plus valet quam auctoritas.
In amore ſemper damni cauſa queritur.
In calamitoſo riſus etiam injuria eſt.
Incertus animus remedium eſt ſapientiæ.
Inertia indicatur cum fugitur labor.
Inferior reſcit, quicquid peccat ſuperior.
Inertia eſt, laboris excuſatio.
Infirmi animi eſt non poſſe divitias pati.
Ingenuitas non recipit contumeliam.
Ingenuitatem lædis cum indignum rogas.
Ingenuus animus non fert vocis verbera.
In-

Ingrata ſunt beneficia queis cõmes metus.
Ingratus unus omnibus miſeris nocet.
Inimici ad animum nullæ conveniunt preces.
Inimico extincto, exitium lachrymæ non habent.
Inimicum, quamvis humilem, docti metuere eſt.
Inimicum ulciſci, vitam accipere eſt alteram.
In judicando, criminoſa eſt celeritas.
Injuriam facilius facias quam feras.
Injuriam ipſe facias ubi non vindices.
Injuriarum remedium eſt oblivio.
In malis ſperare bonum, niſi innocens, nemo ſolet.
In miſera vita nulla contumelia eſt.
In miſero facilè fit potens injuria.
In nullum avarus bonus eſt, in ſe peſſimus.
Inopiæ deſunt pauca, avaritiæ omnia.
Inopi beneficium bis dat qui dat celeriter.
In rebus dubiis plurima eſt audacia.
Inſanus omnis furere credit ceteros.
In-

Inopia instructa est, in divitiis cupiditas.
Intellige ecquæ sint, ut & bene agas bona.
Inter amicos judicatur quam inimicos molestius.
In turpi re peccare bis delinquere est.
In venere semper certant dolor & gaudium.
Invidia loquitur id quod obest, non quod subest.
Invidiam ferre aut fortis aut felix potest.
Invidia tacitè, sed inimicè irascitur.
Invitat culpam qui delictum præterit.
Invitum cum retineas, exire incitas.
Ipsæ amicos res optimæ pariunt, adversæ probant.
Iracundiam qui vincit, superat hostem maximum.
Iratum breviter vites inimicum diu.
Iratus cum ad se redit, sibi tum irascitur.
Iratus, etiam facinus, consilium putat.
Ira-

Iratus nil non criminis loquitur loco.
Irritare eſt calamitatem cum te felicem vocas.
Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.
Ita crede amico, ne ſit inimico locus.
Ita amicum habeas, poſſe inimicum fieri ut putes.
Iter eſt quocunque dat prior veſtigium.
Jucunda macula eſt ex inimici ſanguine.
Jucundum nihil eſt, niſi quod reficit varietas.
Judex damnatur cum nocens abſolvitur.
Jus omne ſupra omnem poſitum eſt injuriam.
*Læſo dolore remedium* inimici dolor.
Lapſus ſemel fit culpa, ſi iterum cecideris.
Laſcivia & Laus nunquam habent concordiam.
Latè lucere ignis, ut nihil urat, poteſt.
Laus nova niſi oritur etiam vetus amittitur.
Le-

Legem nocens veretur, fortunam innocens.
Legem ſolet obliviſci iracundia.
Levis eſt fortuna, citò repoſcit quod dedit.
Lex videt iratum, iratus legem non videt.
Lex univerſi eſt, quæ jubet naſci & mori.
Libido cunctos, etiam ſub vultu, domat.
Libido, non judicium eſt, quod levitas ſapit.
Licentiam des linguæ, cum verum petas.
Locis remotis qui latet, lex eſt ſibi.
Loco ignominiȩ eſt, apud indignum dignitas.
Longinquum eſt omne quod cupiditas flagitat.
Lucrum ſine damno alterius fieri non poteſt.
Luxuriæ deſunt multa, avaritiæ omnia.
*Mage fidus hæres* naſcitur, quam ſcribitur

Mage cavenda eſt amicorum invidia, quam inſidię hoſtium.
Mage valet, qui neſcit calamitas quid valet.
Magnam fortunam magnus etiam animus decet.
Magnanimo injurię remedium oblivio eſt.
Magnum crimen ſecum adfert indignatio.
Mala cauſa eſt quæ requirit miſericordiam.
Malæ Naturæ nunquam Doctore indigent.
Mala eſt medicina ubi aliquid naturæ perit.
Mala eſt voluptas ad alienum conſueſcere.
Mala mors neceſſitatis contumelia eſt
Malam rem cum velis, honeſtatem improbes.
Maledictum interpretando facias acrius.
Malefacere qui vult, a numquam non cauſam invenit.
Male

a Nuſquam.

Male geritur quicquid geritur Fortunæ fide.

Male imperando ſummum imperium amittitur.

Male ſecum agit æger, medicum qui hęredem facit.

Malè vincit is, quem pænitet victoriȩ.

Malè vivet, quisquis neſciet benè mori.

Male vivunt qui ſe ſemper victuros putant.

Malevolus animus abditos dentes habet.

Malevolus ſemper ſua natura veſcitur.

Malignos fieri maxime ingrati docent.

Malitia unius citò fit maledictum omnium.

Malitia, ut pejor veniat, ſe ſimulat bonam.

Malo in conſilio fæminæ vincunt viros.

Malo etiam parcas, ſi unà eſt periturus bonus.

Malum consilium consultori pessimum.
Malum est consilium quod mutari non potest.
Malus animus in secreto pejus cogitat.
Malus bonum ad se nunquam consilium refert.
Malus bonum ubi se simulat, tunc *est* pessimus.
Malus est vocandus qui suâ causâ est bonus.
Malus etsi obesse non potest, tamen cogitat.
Malus quicunque in pęna est, pręsidium est bonis.
Manifesta causa secum habet sententiam.
Mansueta tutiora sunt, sed serviunt.
Maximo periculo custoditur, quod multis placet.
Medicina calamitatis est æquanimitas
Medicina sola miseriarum oblivio.
Meretrix est instrumentum contumeliæ.
Metuendum semper est ei, quod tutum velis.

Metum respicere non solet quicquid juvat.
Metus improbos compescit, non clementia.
Metus cum venit rerum, habet somnus locum.
Minimè amicus sum, fortunæ particeps sim nisi tuæ.
Minimum eripit fortuna, cum minimum dedit.
Minus decipitur cui negatur celeriter
Minus est quam servus, Dominus qui servos timet.
Minus sæpe pecces, si scias quid nescias.
Misera est voluptas, ubi periculi me-(moria est.
Miser dici & bonus vir esse non potest.
Miseri est nescire sine periculo vivere.
Miseriam nescire, sine periculo est vivere.
Misericors civis patriæ est consolatio.
Miserrima est fortuna quæ inimicos latet.
Miserrimum est arbitrio alterius vivere.
Miserum est tacere cogi quod cupias (loqui.

Miſerum te judico, quod nunquam fueris miſer.
Mora cogitationis diligentia eſt.
Mora omnis odio eſt, ſed facit ſapientiam.
Mori eſt felicis antequam mortem invocet.
Mori neceſſe eſt, ſed non quoties volueris.
Mors infanti felix, juveni acerba, ſera nimis ſeni.
Mortem timere crudelius eſt quam mori.
Mortem ubi contemnas, omnes viceris metus.
Mortuo munus qui mittit, nil dat illi, adimit ſibi.
Muliebris lachryma condimentum malitię eſt.
Mulier cum ſola cogitat, male cogitat.
Mulier quę multis nubit, multis non placet.
Multa ignoſcendo fit potens potentior.
Multa ante tempus, quam virum invenias bonum.
Multis

Multis minatur, qui uni facit injuriam.

Multis placere quæ cupit, culpam capit.

Multorum calamitate vir moritur bonus.

Multos timere debet quem multi timent.

Muneribus non lachrymis metetrix est misericors.

Mutat se bonitas irritata injuriâ.

*Naturam abscondit*, cum rectè improbus facit.

Næ virtutibus multis abundat, qui alienas laudat.

Necessitas ab homine quæ vult impetrat.

Necessitas dat legem, non ipsa accipit.

Necessitas egentem mendacem facit.

Necessitas quam pertinax regnum tenet!

Necessitas quod celat, frustra quæritur.

Necessitas quod poscit, nisi das, eripit.

Necessitatem ferre non flere addecet.
Necessitati quodlibet telum utile est.
Necessitati sapiens nil unquam negat.
Necessitatis est remedium parcitas.
Nec mortem effugere quisquam, nec amorem potest.
Nec vita nec fortuna hominibus perpes est.
Negandi causa avaro nunquam deficit.
Negata est magnis sceleribus semper fides.
Negat sibi ipse, qui quod difficile est peeit.
Neminem nec accusaveris nec laudaveris.
Nemo, qui cæpit ex se, risum prębuit.
Nemo immaturè moritur, qui moritur miser.
Nemo ita pauper vivit quam pauper natus est.
Nemo timendo ad summum pervenit locum.
Nequitia pæna maxima ipsamet sui est
Nescias quid optes aut quid fugias, ita ludit dies.

Nescio

Nescio quid cogitat, cum bonum imitatur malus.

Nescit is nocere, qui nocere velle perdidit.

Ni gradus servetur, nulli tutus est summus locus.

Nil agere semper infelici est optimum.

Nil aliud scit necessitas quam vincere.

Nil eripit fortuna nisi quod & dedit.

Nil est miserius quàm ubi pudet quod feceris.

Nil magis amat cupiditas quam quod non licet.

Nil non acerbum priusquam maturum fuit.

Nil non aut lenit aut domat diuturnitas.

Nil peccant oculi, si oculis animus imperet.

Nil posse quenquam, mortuum hoc est vivere.

Nil prodest bene didicisse, facere si cesses bene.

Nil proprium ducas quod mutari potest.

Nil rationis eſt, ubi res ſemel in affectum venit.

Nil turpe ducas pro ſalutis remedio.

Nil turpius, quam vivere incipiens ſenex

Nimium altercando veritas amittitur.

Nimium eſt in morte boni, ſi nil ineſt mali.

Niſi per te ſapias, fruſtra ſapientem audias.

Niſi qui ſcit facere, inſidias neſcit metuere.

Niſi vindices delicta, improbitatem adjuves.

Nocens precatur, innocens iraſcitur.

Nocentem qui defendit, ſibi crimen parit.

Nocere poſſe & nolle, laus ampliſſima eſt.

Noli contemnere ea quæ ſummos ſublevant.

Non citò ruinâ perit is, qui ruinam timet.

Non corrigit, ſed lædit qui invitum regit.

Non aliter vivas in solitudine, aliter in foro.

Nondum felix es, si nondum turba te deriserit.

Non est bonitas, esse meliorem pessimo.

Non est pusillum, si quid maximo est minus.

Non est cicatrix turpis, quam virtus parit.

Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.

Non facile de innocente crimen fingitur.

Non facile solus serves quod multis placet.

Non novit virtus clamitates cedere.

Non pote non sapere qui se stultum intelligit.

Non quam multis placeas, sed qualibus stude.

Non semper aurem facilem habet felicitas.

Non vincitur; sed vincit qui cedit suis.

Nulla hominum major pœna est, quam infelicitas.

Nulla, quæ multas amicos recipit, angusta est domus.
Nulla tam bona fortuna, de qua nihil possis queri.
Nulli facilius quam malo invenias parem.
Nulli imponas quod ipse ferre non queas.
Nullo in loco malè audit misericordia.
Nullum sine teste suo putaveris locum.
Nullum sine auctoramento est magnum malum.
Nullus sapientum proditori credidit.
Nunquam facilius culpa quam in turba latet.
Nunquam non miser est, qui quod timeat, cogitat.
Nunquam periculum sine periculo vincitur.
Nunquam satis est quod improbæ spei datur.
Nunquam secura est prava conscientia.

Nun-

Nunquam, ubi diu fuit ignis, deficit vapor.

Nuſquam melius morimur homines, quam ubi libenter viximus.

*Objurgare in calamitate*, gravius eſt quam calamitas.

Obſequium nuptę citò fit odium pellicis.

Occaſio ægre offertur, facile amittitur.

Occaſio receptus difficiles habet.

Occidi pulchrum ubi cum ignominiâ ſervias.

Odia alia ſub vultu, alia ſub oſculo latent.

Odio oportet ut peccandi facias, non metu bonum.

Officium benevoli animi finem non habet.

Omnes æquo animo parent digni ubi imperant.

Omnes vitam differentes mors incerta prevenit.

Omne vitium ſemper habet latrocinium ſuum.

Omnis dies velut ultimus ordinandus eſt.

Omnis voluptas, quemcunque arrisi nocet. (tum latet!
O pessimum periculum quod oper-
Optime positum est beneficium, ubi ejus meminit qui accipit.
Optimum est sequi majores, rectè si præcesserint.
O tacitum tormentum animi conscientia.
O vita misero longa, felici brevis!
*Paratæ lachrymæ* insidias, non fletum indicant.
Parens iratus, in se est crudelissimus.
Parêre scire par imperio gloria est.
Pars beneficii est, quod petitur si [a] belle neges.
Parvo fames constat, magno fastidium.
Patiendo multa veniunt quæ nequeas perpeti.
Patiens & fortis seipsum felicem facit. (bet.
Patientia animi, divitias occultas ha-
Patria tua est ubicunque vixeris bene.
Pàtiens in adversis nunquam est felicitas. Pau-

[a] Cito.

Paucorum est intelligere quid cui det Deus.

Paucorum improbitas universis calamitas.

Peccare pauci nolunt, nulli nesciunt.

Peccatum amici velut tuum rectè putes.

Peccatum extenuat, qui celeriter corrigit.

Pecunia est ancilla si scis uti, si nescis Domina est.

Pecuniæ oportet imperes, non servias.

Pecunia una regimen rerum est omnium.

Pejora multa cogitat mutus dolor.

Perdendi finem nemo, nisi egestas facit.

Perdit, non donat, qui donat nisi est memor.

Perenne conjugium animus non corpus facit.

Pereundi scire tempus, assidue est mori.

Perfacile felix, quod vota impetrant facit.

Perfugere ad inferiorem, seipsum est tradere.

Pericula qui audet, ante vincit, quam accipit.
Pericula timidus, etiam quæ non ſunt, videt.
Perpetuo vincit qui utitur clementia.
Per quæ ſis tutus, illa ſemper cogites.
Plerique metu boni, non innocentiâ.
Plerique ubi aliis maledicunt, faciunt vitium ſibi.
Plures tegit fortuna quam tutos facit.
Plus eſt quam pæna injuriæ ſuccumbere.
Plus eſt quam pæna ſinere miſerum vivere.
Pæna ad malum ſerpens, ut proterat venit.
Pæna allevatur tunc, ubi laxatur dolor.
Pænam moratur improbus, non præterit.
Populi eſt mancipium, quiſquis patriæ eſt utilis.
Poſt calamitatem memoria eſt alia calamitas.

Potens

Potens misericors publica est felicitas.

Potenti irasci, sibi periculum est quærere.

Potest non esse honestum, quod non liberum est.

Præsens est semper qui absens etiam ulciscitur.

Principium est discordiæ ex communi facere proprium.

Prius negare, post fecisse, fallere est.

Probo bona fama maxima est hæreditas.

Probi delicta judex tegens prȩterit.

Probo beneficium qui dat, ex parte accipit.

Probus libertus, sine natura est filius.

Prodesse qui vult nec potest, ȩque est miser.

Prodest, quicunque obesse non vult, cui potest.

Pro dominis peccare etiam virtutis loco est.

Pro medicina dolor est dolorem qui necat.

Prope est libens ut damnet qui damnat citò.

Prope eſt non æquè ut damnet qui damnat nimis.
Properare in judicando, eſt crimen quęrere.
Proſpicere in pace oportet quid bellum adjuvet.
Proximum tenet locum, confeſſio innocentię.
Prudenti ſtultus etiam ſermonis jocus eſt.
Pudor dimiſſus nunquam redit in gratiam.
Pudor doceri non poteſt, naſci poteſt.
Pudorem alienum qui eripit, perdit ſuum.
Pudorem habere ſervitus quodammodo eſt.
Pudor quemcunq: non flectit, frangat timor.
Pulchrum eſt prę ſtare cuncta, nhil exigere.
Pupillus eſt avarus ętatis brevis.
Puras Deus, non plenas adſpicit manus.
*Quæ vult videri bella nimis*, nulli negat.
Quam felix vita quę ſine negotiis tranſit.

Quam magnum eſt non laudari & eſſe laudabilem !

Quam malus eſt culpam qui ſuam alterius facit.

Quam miſer eſt cui ingrata miſericordia eſt.

Quàm miſer eſt qui excuſare ſibi ſe non poteſt.

Quàm miſerum auxilium eſt, ubi nocet uod ſuſtinet.

Quàm miſerum eſt, bene quod feceris factum quæri.

Quam miſerum eſt cogi opprimere quem ſalvum velis.

Quam miſerum eſt cum ſe renovat conſumtum malum.

Quam miſerum eſt, id quod pauci habent, amittere.

Quam miſerum eſt mortem cupere, nec poſſe emori.

Quam miſerum officium eſt quod ſucceſſum non habet.

Quam miſerum eſt ubi conſilium caſu vincitur.

Quam miſerum eſt ubi te captant qui defenderint.

Quam

Quam pęnitenda occurrunt viventi diu.

Quam ſæpe, veniam qui negaverat, petit.

Quam timidus is eſt paupertatem qui timet.

Quamvis acerbus qui monet, nulli nocet.

Quamvis non rectum quod juvat, recte putes.

Quanto ſerius peccatur, tantò incipitur turpius.

Quem bono tenere non potueris, hunc teneas malo.

Quemcunque quærit calamitas, facile invenit.

Quem diligas, etiam queri de ipſo, malum eſt.

Quem fama ſemel oppreſſit, vix reſtituitur.

Qui æquo malis animo miſcetur, eſt malus.

Qui bene diſſimulat, citius inimico nocet.

Quicquid bono concedis, das partem tibi.

Quic-

Quicquid conaris,quò pervenias cogi-
tes.
Quicquid eſt plus quam neceſſe , poſ-
ſidentes deprimit.
Quicquid fit cum virtute, fit cum glo-
ria.
Quicquid fortuna exornat , cito con-
temnitur.
Quicquid futurum eſt ſummum , ab
imo naſcitur (poteſt
Quicquid nocere didicit,meminitcum
Qui, cum dolet , blanditur, poſt tem-
pus ſapit. (ves.
Quidam inimici graves,amici ſunt le-
Qui debet,limen creditoris non amat.
Quid eſt beneficium dare ? imitari
Deum.
Qui doctè ſervit , partem dominatus
tenet. (cit.
Quid quiſque poſſit,niſi tentatus neſ-
Quid ipſe ſis , non quid habearis inte-
reſt.
Quid refert quantum habeas , multo
illud plus eſt quod non habes.
Quid tibi pecunia opus eſt,ſi ea uti non
potes ?

Quieta

Quieta vita iis qui tollunt *Meum Tuum*.
Qui ſpectat ut rogetur, officium levat.
Qui in vero dubitat, male agit cum deliberat.
Qui invitus ſervit, fit miſer, ſervit tamen.
Qui jusjurandum ſervat, quòvis pervenit
Qui metuit calamitatem, rarius accipit.
Qui timet inſidias omnes, nullas incidit.
Qui pote celare vitium, vitium non facit.
Qui pote conſilium fugere, ſapere idem poteſt.
Qui pote nocere, timetur cum etiam non adeſt:
Qui pote transferre amorem, pote (deponere.
Qui pro innocente dicit, ſatis eſt eloquens.
Qui ſeipſum laudat, citò deriſorem in- (venit.
Quis pauper eſt? qui dives videtur ſibi
Qui ſibi non vivit, meritò aliis eſt mortuus.

Quis

Quis miſerum ſciret, verba niſi haberet dolor?

Quis plurimum habet?is qui omnium minimum cupit.

Qui timet amicum, amicus ut timeat, docet.

Qui timet amicum, vim non novit nominis.

Qui venit ut noceat, ſemper meditatus venit. (facit.

Qui dubitat ulciſci, improbos plures

Qui culpę ignoſcit uni, ſuadet pluribus.

Quo cavet is cum verba aliud, aliud animus petit.

Quod ætas vitium poſuit, ætas aufert. (gas.

Quod eſt timendum, decipit ſi negli-

Quod facere turpe eſt, dicere honeſtum ne puta.

Quod fugere credas, ſæpè ſolet occurrere.

Quod neſcias cui ſerves, ſtultum parcere eſt.

Quod neſcias damnare, ſumma eſt temeritas.

Qui

Quod periit quæri pote, reprehendi non pote.
Quod quisque amat laudando, commendat sibi. (juvat.
Quod semper est paratũ, non semper
Quod senior loquitur, omnes consilium putant.
Quod timeas citius, quam quod speres evenit
Quod vitiosum est, quo animo facias nihil inter est.
Quod vix contigit, vix voluptatem parit.
Quod vult, cupiditas cogitat, non quod decet. (est, potest.
Quod vult habet, qui velle, quod satis
Quotidie damnatur, qui timet semper
Quotidie est deterior posterior dies.
*Rapere est*, accipere quod non possis reddere.
Rapere est non petere, quicquid invito auferas. (velis.
Rarum esse oportet, quod diu carum
Ratione non vi vincenda adolescentia est.
Regibus pejus est multo, quam ipsis servientibus. Re-

Regnat, non loquitur, qui nil niſi quod
vult facit (diæ.
Rei nullæ prodeſt mora, niſi iracun-
Remedium, fraus eſt contra flumen
quærere.
Repelli ſe homo facilius fert, quam
decipi. (nus.
Repentè dives nemo factus eſt bo-
Res inquieta eſt in ſe ipſam felicitas.
Res bona eſt non exſtirpare ſcelera-
tos, ſed ſcelera.
Reſpicere nil conſuevit iracundia.
Res quantò eſt major, tantò eſt inſi-
dioſior. (eſt.
Revertere unde veneris nihil grave
Reus innocens fortunam non teſtem
timet.
Rex eſſe nolim ut eſſe crudelis velim.
Ridiculum eſt odio nocentis perdere
innocentem.
Rivalitatem non amat victoria.
Rogare, ingenuo ſervitus quodam-
modo eſt.
Roganti melius quam imperanti pa-
reas.
Ruborem amico excutere, amicum
eſt perdere. *Sæpè*

*Sæpè dissimulare*, quam vel ulcisci satius fuit.
Sæpe ignoscendo das iujuriæ locum.
Sæpè oculi & aures vulgi, sunt testes mali.
Sæpius locutum, nunquam me tacuisse pœnitet.
Salutis causa bene fit homini injuria
Sanct: ssimum est meminisse cui te debeas.
Sapiens contrà omnes arma fert cum cogitat.
Sapiens quod petitur, ubi tacet, breviter negat.
Satis est beatus qui potest, cum vult, mori.
Satmagna usura est pro beneficio memoria.
Secreto amicos admone, lauda palam
Secunda in paupertate fortuna est fides.
Secundus est à matre nutricis dolor:
Se damnat judex, innocentem qui opprimit.
Seditio civium hostium est occasio.
Semper beatam se putat Benignitas.
Sem-

Semper consilium tunc deest, cum opus maximè est.
Semper metuendo sapiens evitat malum.
Semper metuendum quicquid irasci potest. (malum.
Semper plus metuit animus ignotum
Semper redundat ipse in auctores Timor.
Semper vocis & silentii temperamentum tene.
Sensus non ætas, invenit sapientiam.
Se posse plus iratus, quam possit, putat.
Sermo, animi est imago: qualis vir, talis & oratio est.
Serò est in periculis consilium quęrere.
Sibi ipsi improbitas cogit fieri injuriã.
Sibi ipsi dat supplicium, quem admissi pudet.
Sibi primum auxilium eripere est, leges tollere.
Si multis tua vita placuerit, tibi placere non potest.
Sine dolore est vulnus quod ferendum cum victoria.

Si nil velis metuere, metuas omnia.
Si pares, invitus ſervus es, Miniſter ſi volens (vat.
Socius fit culpę qui nocentem ſuble-
Solatium grande eſt cum univerſo unà rapi.
Solet eſſe in dubiis pro conſilio Temeritas.
Solet hora, quod multi anni abſtulerunt, reddere.
Solet ſequi laus cum viam fecit labor.
Solitudinem quærat, qui vult cum innocentibus vivere.
Sordidius multo vivimus quam naſcimur.
Spes eſt ſalutis ubi hominem objurgat pudor.
Spes inopem: res avarum : mors miſerum levat.
Spina etiam grata eſt ex qua ſpectatur roſa.
Stultitia eſt inſectari quem omnes diligunt.
Stultitiæ partem interdum habet felicitas.
Stulti timent fortunam, ſapientes ferunt.

Stultum est alium velle ulcisci pænâ suâ.
Stultum est queri de adversis, ubi culpa est tua.
Stultum est timere quod vitari non potest.
Stultum est vicinum velle ulcisci incendio.
Stultum facit fortuna quem vult perdere.
Stultum imperare reliquis, qui nescit sibi.
Suadere benevola primum, dein corrigere.
Submittit se, quæ se erigit felicitas.
Suis qui nescit parcere, inimicis favet.
Summissum imperium non tenet vires suas.
Suspecta semper ornamenta ementibus.
Suspicio sibi ipsa rivales parit.
Suum sequitur lumen semper innocentia.
*Tacere nescit* idem qui nescit loqui.
Taciturnitas stulto homini pro sapientia est.

Tam crudelitas eſt omnibus, atque nulli ignoſcere
Tam deeſt avaro quod habet, quam quod non habet.
Tamdiu diſcendum eſt homini quamdiu neſcit.
Theſaurum in ſepulchro ponit, qui ſenem hæredem facit.
Tolerabilior pæna haut poſſe, quam neſcire vivere.
Tolerabilior qui mori jubet, quam male vivere.
Tormentum ô dulce æquo ubi reprimitur gaudium.
Turpis inopia eſt quæ naſcitur de gloria.
Tuta eſt jactura, quæ fit negligentia.
Tuta ſępe, nunquam ſecura eſt mala conſcientia.
Tutiſſima res eſt timere nihil pręter (Deum.
*Ubi cœpit pauper divitem imitari, perit.*
Ubicunque pudor eſt, ſemper ibi ſancta fides.
Ubi fata peccant, hominum conſilia excidunt
Ubi

Ubi innocens formidat, damnat judicem.
Ubi maximè gaudebis metues maxime.
Ubi omnis vita metus est, mors est (optima.
Ubi peccat ætas major, male discit minor.
Ubi sis cum tuis & absis patriâ, eam desideres.
Ubi timetur nil, quod timetur nasci- (tur.
Velox consilium sequitur pœnitentia.
Verbum omne refert in quam partem intelligas.
Verum est, quod pro salute fit mendacium.
Verum cur non audimus? quia non dicimus.
Veterem ferendo injuriam a invites novam.
Viri boni est nescire facere injuriam.
Virum bonum Natura, non ordo facit.
Virtute quod non possis, blanditia auferas.
Virtuti amorem nemo honestè dene- (gat.


a Vites.

Virtuti melius quam fortunæ creditur.

Virtutis ſpolia cum videt, gaudet labor.

Virtutis vultus partem habet victoriæ

Vis omnibus eſſe notus? noris neminem.

Vitium fuit, nunc mos eſt aſſentatio.

Vix quiſquam tranſit in bonum, niſi ex malo.

Ulcera animi ſananda magis quam corporis.

Unus dies pœnam affert, multi cogitant.

Voluptas è difficili data dulciſſima eſt.

Voluptas tacita mage metus quam gaudium eſt.

Voluntas quem pudicum, non corpus facit.

Utrumque caſum aſpicere debet qui imperat.

Vultu an Naturâ ſis ſapiens, multum intereſt.

Vita hominis brevis, ideò honeſta mors eſt immortalitas.

Vita

Vita regit fortuna non sapientia.

## LIB. I. EX LUCANO.

Magnoque æterna parantur.
Regna Deis cælumque suo servire Tonanti,
Non nisi sævorum potuit post bella Gigantum:
Jam nihil ò superi querimur? scelera ipsa nefasque
Hac mercede placent.
Invida fatorum series, summisque negatum,
Stare diu: nimioque graves sub pondere lapsus:
Sic cum compage soluta
Sæcula tot mundi suprema coëgerit hora,
Antiquum repetent iterum Chaos omnia.
In se magna ruunt, lætis hunc numina rebus
Crescendi posuere modum.

O faciles dare ſumma Deos, eodemque tueri difficiles.

Nulla fides Regni ſociis, omniſque poteſtas.

Impatiens conſortii erit.

Dividitur ferro Regnum:

Stimulos dedit æmula virtus.

Nec quenquam jam ferre poteſt Cæſarve priorem.

Pompejuſve parem: Quis juſtius induit arma

Scire nefas: magnote judice quiſque tuetur:

Victrix cauſa Deis placuit; ſed victa Catoni,

Neſcia virtus ſtare loco, ſoluſque pudor non vincere bello:

Acer & indomitus, quò ſpes quoque ira vocaſſet,

Ferre manum, & nunquam temerando parcere ferro,

Succeſſus urgere ſuos, inſtare favori

Numinis; impellens quicquid ſibi ſumma petenti

Obſtaret: gaudenſque viam feciſſe ruina.

Præ-

Prædaque & hoſtiles luxum ſuaſere rapinę.
Fæcunda virorum Paupertas fugitur totoquę arceſſitur orbe
Quo gens quæque perit :
Inde iræ faciles & quod ſuaſiſſet egeſtas *vile nefas*.
Menſuraque juris Vis erat, & leges belle ſiluere coactę.
Hic ait hic pacem temerataque jura relinquo,
Te fortuna ſequor : procul hinc jam fædera ſunto :
Credidimus fatis utendum eſt judice bello.
Juſtos Fortuna laborat Eſſe Ducis motus, & cauſas invenit armis.
Dum trepidant nullo firmatæ robore partes :
Tolle moras : ſemper nocuit differre paratis.
Partiri non potes orbem : Solus habere potes.
Ille ſemel raptos nunquam dimitter honores.
Viribus utendum eſt quas facimus: arma tenenti
 Om-

Omnia dat qui justa negat.
Ne quo languore moretur Fortunã.
Nullus semel ore receptos
Pollutas patitur sanguis mansuescere fauces. paratæ.
Detrahimus Dominos urbi servire
Jussa sequi tam posse mihi quam velle necesse est.
Pietas, patriique Penates
Quanquam cæde feras mentes, animosque tumentes *Frangunt*.
Famæ majoris in amnem
Lapsus ad nequoreas nomen non pertulit undas.
Regit idem spiritus artus
Orbe alio: longæ (canitis si cognita) vitę
Mors media est: certè populi quos despicit Arctos
Felices errore suo, quos ille timorum
Maximus haut urget læti metus: inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæque capaces
Mortis, & ignavum rediturę parcere vitę.

Ut

Ut immensæ collecto robore vires
Audendi majora fidem fecere.
Ferrique potestas Confundet jus
omne manu.
Velox properantis Nuncia belli,
Innumeras solvit falsa in præconia
linguas.
Vana quoque ad veros accessit fama
timores,
Irrupitque animos populi, cladem que
futuram intulit. Sicquisq; pavendo
Dat vires famæ : nulloque autore
malorum, Quæ finxere timent.
Danda tamen venia est tantorum
danda pavorum.
Pompejo fugiente timent.
Superique minaces Prodigiis terras
implerunt, æthera, pontum.
Cum Domino Pax ista venit.
Impiaque in medio peraguntur bella
senatu.

## LIB. II EX LUCANO.

Continuò clades Hominum ventu-
raque damna

Auſpiciis paruere Deûm.

Sit ſubitum quodcunque paras : ſit cæca futuri
Mens hominum fati, liceat ſperare timenti.

Latuit, lebeio tectus amictu, omnis honos.

Tunc flere poteſtas.
Dum pendet fortuna ducum; cum vicerit alter, Gaudendum eſt.

Tantoque novorum Proventu ſcelerum quęrunt uter imperet urbi.

Nulli geſtanda dabantur
Signa ducis niſi qui ſcelerum jam fecerat uſum,
Attuleratque in caſtra nefas.

Mors ipſa refugit
Sæpè virum, fruſtraque hoſti eſt conceſſa poteſtas
Sanguinis inviſi.

Crimine quo parvi cædem, potuere mereri?

Non uni cuncta dabantur,
Sed fecit ſibi quiſque nefas : Semel omnia victor juſſerat.

Omnia paſſo quę pejor fortuna poteſt, atque omnibus uſo Quæ

Quæ melior ? menſoque homini quid fata pararent ?

Minimas rerum diſcordia turbat, Pacem ſumma tenent,

Invenit in ſomni volventem publica curâ.

Fata virum, caſuſque urbis, cunctiſque timentem, *Securumque ſui.*

Pro legibus arma Ferre libet patriis, litatemque tueri.

Sed quo fata trahunt, virtus ſecura ſequetur :

Fæmina cum ſenuit retinet connubia partu,

Uxoriſque decus matris reverentia penſat.

Cum formâ dilapſus amor, defloruit oris *Gratia.*

Hi mores hæc duri immota Catonis
Secta fuit : ſervare modum finemque tenere,
Naturamque ſequi, patriæque impendere vitam.
Nec ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo.
Huic epulæ viciſſe famem; magnique penates

Submovisse hyemem tecto : pretiosaque vestis
Hirtam membra super (& Romani more Quiritis)
Induxisse togam : venerisque huic maximus usus
Progenies, urbi pater est, urbique mar itus.
Justitię cultor, rigidi servatorhonesti,
In commune bonus : nullosque Catonis in actus
Subrepsit partemque tulit sibi nata voluptas : (des.
Pugnatque minaci cum terrore Fi-
Facilis sed vertere mentes
Terror erat, dubiamque fidem fortuna ferebat
Hoc limite bellum Hæreat, hâc hostis lentus terat otia ripâ.
At nunquam pariens pacis longæque quietis
Armorum, ne quid fatis mutare liceret,
Assequitur, generique premit vestigia Cæsar.
Nil actum credens dum quid superesset agendum. Las-

Laſſata triumphis Deſcivit fortuna tuis.

## LIB. III.

Et quidnam vani terremur imagine viſus?
Aut nihil eſt ſenſus animis à morte relictum.
Aut mors ipſa nihil:
Pacique intentus agebat
Quòque modo vanos populi conciret amores:
Gnarus & irarum cauſas & ſumma favoris
Annonâ momenta trahi: namque aſſerit urbes
Sola fames, emiturque metus cum ſegne potentes
Vulgus alunt, neſcit plebes jejuna timere:
Fuit hæc menſura timoris, Velle putant quodcunque poteſt.
Sedere patres cenſêre parati,
Si rerum, ſi templa ſibi, jugulumque ſenatus

Ex-

Exiliumque petat: melius quod plura jubere
Erubuit, quam Roma pati:
Solus ferrum mortemque timere
Auri nescit amor: pereunt discrimine nullo
Amissæ leges: sed pars vilissima rerum
Certamen movistis opes:
Libertas, inquit, populi quem Regna coërcent,
Libertate perit, cujus servaveris umbram
Si quicquid jubeare velis:
Damna movent populos, si quos sua jura tuentur.
Non sibi; sed domino gravis est quæ servit egestas.
Pro! quanta est gloria genti,
Injecisse manum fatis: vitâque repletos
Quod superest donasse Deis.
Phocais in dubiis ausa est servare juventus.
Non Graja levitate fidem: signataque jura
Et

Et causas, non fata sequi. (genus.
Sortisque Deorum ignarum mortale
Nec sic horret iners scelerum contagia mundus,
Ut gladiis egeant civilia bella coactis.
Non vulgatis sacrata figuris.
Numina sic metuunt; tantum terroribus addit
Quos timeant non nosse Deos:
Quantum est quod fata tenentur? [a]
Servat multos fortuna nocentes,
Et tantum miseris irasci numina possunt,
Multi Committunt eadem diverso crimina fato, (hic diadema.
Ille crucem pretium sceleris tulit,
Procubuit majorque jacens apparuit agger.
Crevit in adversis virtus plus nobilis iræ Truncus habet.
Invenit arma furor. Furor arma ministrat.
Non perdere letum maxima cum fuit.
Ut torpore senex caruit, viresque cruentus
Cæpit habere dolor.

*LIB.*

a Tardantur.

## LIB. IV. EX LUCANO.

Compes ſemper magnorum prima malorum Sæva fames.
Rapuitque ruens in prælia miles, Quod fugiens timuiſſet iter :
Stimulis majoribus ardens Rupit amor leges :
Uſque adeone times quem tu facis ipſe timendum ? (ces.
Addidit ita ferox moturas prælia vo-
Concuſſit mentes, ſcelerumque reduxit amorem.
Ut dextræ juſti gladius diſſuaſor adhæſit.
Dum feriunt odere ſuos, animoſque labantes Confirmant ictu :
Ut leti videre viam, converſus in iram
Præcipitem timor eſt.
Vincitur haut gratis jugulo qui provocat hoſtem.
Deſerat hic fervor mentes, cadat impetus amens,
Perdant velle mori :

Inde

Inde ubi nulla data est miſcendæ copia mortis,
Paulatim cadit ira ferox, menteſque tepeſcunt.
Servata precanti Majeſtas non fracta malis.
Nec enim felicibus armis
Miſceri damnata decet, partemque triumphi
Captos ferre tui: turba hęc ſua fata peregit:
Hoc petimus victos ne tecum vincere cogas.
O prodiga rerum
Luxuries! nunquam parvo contenta paratu;
Et quæſitorum terra pelagôque ciborum
Ambitioſa fames, & lautæ gloria menſæ:
Diſcite quam parvo liceat producere vitam,
Et quantum Natura petat: *Non erigit ægros*
*Nobilis ignoto diffuſus conſule Bacchus:*

Non

Non auro, murrhaque bibunt; *sed gurgite puro*
*Vita redit: satis est populis fluviusque ceresque:*
Heu miseri qui bella gerunt:
Nempe usis marte secundo
Tot dubię restant acies tot in orbe labores.
Felix qui potuit, mundi nutante ruina,
Quo jaceat jam scire loco:
Cautus ab incursu belli, si sola recedat
*Expugnat quæ tuta Fames:*
Continuit, cursu dum crescat præda secundo.
Consulite extremis angusto in tempore rebus.
Vita brevis nulli superest, qui tempus in illa
Quærendæ sibi mortis habet.

Cupias quodcunque necesse est:
Magna virtute metuendum est, | Perit obruta virtus.
Cæsar ut amissis inter tot millia paucis;
Hoc damnum cladem que vocet.

Ag-

Agnoſcere ſolis Permiſſum eſt quos
 jam tangit vicinia fati
(Victuroſque Dei celant ut vivere
 durent) Felix eſſe mori :
Nullique tumultus Excuſſere viris
 mentes ad ſumma paratas.
Pariter ſternuntque caduntque
 Vulnere letali : Nec quemquam
 dextra fefellit.
Cum feriat moriente manu :
Pietas ferientibus una Non repetiſſe
 fuit :
Deſpectam cernere lucem,
 Victoreſque ſuos vultu ſpectare ſu-
 perbo
Et mortem ſentire juvat,
Poſt hæc exempla virorum
 Percipient gentes quam ſit non ar-
 dua virtus
Servitium fugiſſe manu.
Ævi veteris cuſtos famoſa vetuſtas,
 Miratrixque ſui.
Audendo magnus tegitur timor : ar-
 ma capeſſe
Ipſe prior, campum miles deſcen-
 dat in æquum.

Dum

Dum tuus est: variam semper dant
ocia mentem.
Eripe consilium pugna: cum dira
voluntas
Ense subit prenso, & galeę texere
pudorem,
Quis conferre duces meminit, quis
pendere causas?
Qua stetit, inde favet:
Ipse fugam credens simulatę nescius
artis.
Non tulit afflictis animam producere
rebus,
Aut sperare fugam, ceciditque in
strage suorum.
Impiger ad letum, & fortis virtute
coacta.
Haut alium tanta civem tulit indole
Roma,
Aut cui plus leges deberent recta se-
quenti.
Ambitus & luxus & opum metuen-
da facultas
Transverso mentem dubiam tor-
rente tulerunt:
Momentumque fuit mutatus Curio
rerum. Gallo-

Gallorum captus spoliis, & Cæsaris auro.

## LIB. V. EX LUCANO.

Docuit populum Venerabilis ordo.
Non Magni partes; sed Magnum in partibus esse.
Rerum nos summa sequetur imperiumque comes,
Vejoique habitante Camillo
Ille Roma fuit: non unquam perdidit ordo
Mutato sua jura solo:
Vastos telluris hiatus
Divinam spirare fidem, ventosque loquaces
Exhalare solum: Quod numen ab æthere pressum
Dignatur cæcas inclusum habitare cavernas?
Quis terram cæli patitur Deus?
Expositum cunctis nullique negatum
Numen, ab humani solum se labe furoris Vindicat.
Sive canit fatum, seu quod jubet ipse canendo Fit fatum:

Siluit

Siluit postquam Reges timuere futura
Et superos vetuere loqui.
Accipit & frenos, nec tantum prodere vati
Quantum scire, licet. causamque ducemque
Præmia miles Dum majora petit damnat,
Dubias constringere mentes
Causa solet, dum quisque pavet quibus ipse timori est, (gravari
Seque putat solum regnorum injusta
Ipsa metus exsolverat audax
Turba suos: quicquid multis peccatur inultum est.
Quid satis est si Roma parum.
Facinus quos inquinat, æquat.
Adde quod ingrato meritorum judice virtus
Nostra perit: quicquid gerimus Fortuna vocatur.
Nos fatum sciat esse suum: licet omne Deorum
Obsequium speres, irato milite, Cęsar Pax erit,
Finem civili faciat discordia bello:
Fata

Fata sed in præceps solitus dimittere
Cæsar,
Fortunamque suam per summa pe-
ricula gaudens Exercere.
Stetit aggere fultus
Cespitis, intrepidus vultu, meruit-
que timeri
Non metuens.
Detegit imbelles animos nil fortiter
ausa Seditio:
An vos momenta putatis
Ulla dedisse mihi? Nunquam se cu-
ra Deorum
Sic premit, ut vestræ morti, vestræ-
que saluti
Fata vacent: procerum motus hæc
cuncta sequuntur,
Humanum paucis vivit' bonos inve-
nient hæc arma manus vobisque re-
pulsis.
Tot reddet fortuna viros quod tela
vacabunt.
Tremuit sæva sub voce minantis,
Vulgus iners unumque caput tam
magna juventus
Privatum factura timet:
Pœna-

Pęnaque redit placata juventus.
Nova vota timori sunt inventa novo.
Tum se dêesse Deis, at non sibi numina credit.
Prædam civilibus armis
Scit non esse casas: o vitę tuta facultas
Pauperis angustique lares! o munera nondum
Intellecta Deùm! quibus hęc contingere templis (multu.
Aut potuit muris nullo trepidare tu-
Cæsarea pulsante manu?
Necesse pręberе Deo tua fata volenti:
Augustos opibus subitis implere penates.
Desperare viam, & vetitos convertere cursus, Sola salus,
Quem numina nunquam
Destituunt, de quo male tunc fortuna meretur
Cum post vota venit.
Artis opem vicere metus.
Credit jam digna pericula Cęsar
Fatis esse suis:
Pariter tot regna tot urbes,
For-

Fortunamque ſuam tacta tellure recepit.
Cum tot in hac anima populorum vita ſaluſque
Pendeat, & tantus caput hoc ſibi fecerit orbis,
Sævitia eſt voluiſſe mori:
Sors ultima rerum
In dubios caſus & prona pericula mortis Precipitare ſolet.
Quantum mentes dominatur in equas juſta venus?
Properante ruinam Summa cadunt
Damna, Durarât jam mente malis firmâque tulerunt.

## LIB. VI. EX LUCANO.

Placet alea fati Alterutrum merſura caput.
Major cura Duces miſcendis abſtrahit (armis.
Pronus ad omne nefas & qui neſciret in armis (libus eſſet.
Quam magnum Virtus crimen civi-
O famuli turpes, ſervum pecus, abſque cruore

Terga datis morti? cumulo vos dëesse virorum
Non pudet & bustis, interque cadavera quæri?
Non irâ saltem juvenes, pietate remotâ Stabitis?
Numero depransa locoque, An plus quam mortem Virtus daret.
Degeneres trepidant animi, pejoraque versant:
Ad dubios pauci præsumto robore casus
Spemque metumque ferunt.
Quarum quicquid nō creditur ars est.
Ibi plurima surgunt Vim factura Deis.
Carmine Thessalidum dura in præcordia fluxit:
Non satis adductus amor: flammisque severi
Illicitis arsére senes.
Mens hausti nullâ saniè polluta veneni
Excantata perit: Quos non concordia misti
Alligat ulla thori, blandæque potentia formę.
Traxerunt torti magica vertigine fili:
Tantæ

Tantæ molis onus percussum voce recessit:
Et tonat ignaro cælum jove.
Quis labor hic superis cantus herbasque sequendi,
Spernendique timor? cujus commercia pacti
Obstrictos habuere Deos? parêre necesse est,
An juvat? ignota tantum pietate merentur?
Omne nefas superi primà jam voce præcantis
Concedunt, carmenque timent audire secundum.
Hominum mors omnis in usu est.
Unoq; sub ictu Stat genus humanum.
Quis timor ignavi metuentes cernere manes,
Veniet quę misceat omnes Hora duces.
Et nequeant animam sibi reddere fata consumto jam jure semel.

## LIB. VII. EX LUCANO.

Hoc placet ò superi cum vobis vertere cuncta,

Propositum nostris erroribus addere crimen.
Addit invalidæ robur facundia causę.
Sua quisque pericula nescit Attonitus majote metu
Belli pars magna peracta est:
His quibus effectum est ne pugnam Tyro paveret;
Si modo virtutis stimulis iræque calore Signa petunt.
Multos in summa pericula misit
Venturi timor ipse mali: fortissimus ille est
Qui promtus metuenda pati si cominus instent. Et differre potest.
Placet hæc tam prospera rerum Tradere fortunę?
Pugnare ducem quam vincere malunt.
Quid mirum populos quos lux extrema manebat,
Limphato trepidasse metu.
O summos hominum quorum fortuna per orbem
Signa dedit: quorum fatis coelum omne vacavit!

Nulla

Nulla manus, belli mutato judice, pura est.
Haut ūnquam vidiam magna daturos
Tam prope me superos, camporum limite parvo.
Absumus à votis.
Vincat quicunque necesse
Non putat in victos sævum distringere ferrum.
Ne cedere quisquam
Hostis terga velit : civis qui fugerit esto :
Sed dum tela micant non vos pietatis imago
Ulla, nec adversa conspecta fronte parentes
Commoveant : vultus gladio turbate verendos.
Stat corde gelato
Attonitus, tantoque duci sic arma timere Omen erat.
Ense petat, medio posuit Deus omnia campo.
Causa juvet melior superos sperare secundos.
Bella pares superis facient civilia Divos.

Semel ortus in omnes it timor :

Vivat & ut Bruti procumbat victima regnet.

Plus est quam vita salusque

Quod perit, in totum mundi prosternimur ævum.

Mos est miseris trahere omnia secum

Mersa ; juvatque suę gentes miscere ruinæ.

Non gemitus non fletus erat, salvaque verendus Majestate dolor.

Crede Deis longo fatorum crede favori.

Felix se nescit amari

Dum fortuna calet, dum conficit omnia terror.

Non magno hortamine miles in prædam ducendus erat

Quæ fossa, quis agger

Sustineat pretium belli scelerumque petentes ?

Scire volunt quanta fuerint mercede nocentes.

O quantum pœnę misero mens conscia donat.

Tabesne cadavera solvat

An rogus refert, placido natura receptat

Cuncta sinu, finemque sui sibi corpora debent.
Communis mundi superest rogus, ossibus astra
Misturus: populos si nunc non usserit ignis,
Uret cum terris, uret cum gurgite Ponti.
Capit omnia tellus quæ genuit: Cœlo tegitur qui non habet urnam.

## LIB. VIII. EX LUCANO.

Longius ævum Destruit ingentes animos & vita superstes
Imperio: nisi summa dies cum fine bonorum
Affuit? & celeri prævertit tristia leto,
Dedecori est fortuna prior: quisquamne secundis
Tradere se fatis audet, nisi morte paratà?
Quod defles illud amasti.
Fac magne locum quem cuncta revisent
Secula, quem veniens hospes Romanus adoret.

Fata mihi totum mea ſunt agitanda per orbem.
In dubiis tutum eſt inopem ſimulare Tyranno.
Rebuſque novis exordia quęram,
Ingentes prępſtate animos: non omnis in arvis
Emathiis cecidi, nec ſic mea fata premuntur,
Ut nequeam relevare caput, cladeſque receptas
Excutere, at ſparſit potiùs Pharſalia noſtras (tueri
Quam ſubvertit opes: & me vel ſola
Fama poteſt rerum, toto quas geſſimus orbe,
Et nomen quod mundus amat.
Ardua quippe fides robuſtos exigit annos.
Vulgati ſupra commercia mundi
Naufragium fortuna ferat: non regna præcabor
Quæ feci: ſed magna feram ſolatia mortis
Orbe jacens alio:
Mors ultima pæna eſt, Nec metuenda viris Pati-

Patimurne pudoris Hoc vulnus?
Omnis in Arctoris populus quicunque pruinis
Nascitur, indomitus bellis & Martis amator:
Quicquid ad Eoös tractus mundique teporem
Labitur, emollit gentes clementia cæli.
Et melior cessisse loco quam pellere miles.
Ensis habet vires, & gens quæcunque virorum est,
Bella gerit gladiis:
Epulis vesano meroque
Regia, non ullos exceptos legibus horret Concubitus.
Quid rear esse nefas cui fas implere parentem?
Nil pudet assuetos sceptris: *Mitissima sors est*
*Regnorum sub Rege novo.*
„ Jus & fas multos faciunt Ptolo-
„mæe nocentes:
„ Dat pænas laudata fides cum susti-
„ net illos

,, Quos fortuna premit: fatis accede
,, Deisque
,, Et cole felices, miseros fuge: sy-
,, dera terra
,, Ut distant, & flamma mari, sic uti-
,, le recto:
,, Sceptrorum vis tota perit si pende-
,, re justa
,, Incipit, evertitque arces respectus
,, honesti:
,, Libertas scelerum est quę regna in-
,, visa tuetur,
,, Sublatusque modus gladiis. Facere
,, omnia sęve,
,, Non impune licet, nisi dum facis:
,, Exeat aula
,, Qui volet esse pius, virtus & sum-
,, ma potestas
,, Non coëunt, semper metuet quem
,, sęva pudebunt.
Postquam nulla manet rerum fiducia,
quęrit
Cum qua gente cadat:
Rapimur quò cuncta feruntur.
Metiri sua Regna decet, viresq; fateri.
Adversis non deesse decet, sed læta
secutos. Nulla

Nulla fides unquam miſeros elegit
amicos :
Letumque juvat prȩferre timori.
Tunc lumina preſſit
Continuitque animam ne quas effun-
dere voces
Poſſet, & ȩternam fletu corrumpere
famam.
Ignorant populi ſi non in morte pro-
baris,
An ſcieris adverſa pati :
Talis cuſtodia Magno
Mentis erat, jus hoc animi morien-
tis habebat.
Spargant Lacerentque licebit.
Sum tamen, ô ſuperi, felix nullique
poteſtas
Hoc auferre Deo : mutantur proſpe-
ra vita,
Non ſum morte miſer :
Fuit qui nunquam miſta videret
Lȩta malis : fȩlix nullo turbante
Deorum.
Et nullo parcente miſer :
Inque ipſo ſceleris majus ſcelus inve-
nit actu.

Injuria fati Hoc fas eſſe jubet.
Quam metuis demens iſto pro crimine pænam (annos.
Quo te fama loquax omnes accepit in

*LIB. IX. EX LUCANO.*

Et ſcelerum vindex in ſancto pectore Bruti
Sedet, & in victi poſuit ſe mente Catonis,
Preceps facit omne timendum
Victor, & in nulla non creditur eſſe carina.
Pauca Catonis Verba, ſed à pleno venientia pectore veri.
Rectorque ſenatus,
Sed Regnantis erat, nil belli jura popoſcit: (negari:
Queque dari voluit, voluit ſibi poſſe
Juvit ſumta ducem juvit dimiſſa poteſtas. (cto!
O felix cui ſumma dies fuit obvia vi-
Scire mori ſors prima viris, ſed proxima cogi.
Non deprecor hoſti Servari, dum me ſervet cervice recisa.
Clauſa fides miſeris, & toto ſolus in orbe eſt, Qui

Qui velit ac possit victis præstare salu-
tem.
O famuli turpes Domini post fata
prioris
Itis ad hæredem. Cur non majora
mereri
Quam vitam veniamque licet ?
Quin agite & magna meritum cum
cæde parate :
Ignavum scelus est tantum fuga :
Impatiens virtus hærere Catonis.
Et cuncta terrarum subacta
Præter atrocem animum Catonis,
Voce Catonis inculcata viris justi pa-
tientia martis.
Jamque actu belli non doctas ferre
quietem
Constituit mentes seriêque agitare la-
borem.
Exclusus nullà se vindicat irâ,
Pænaque de victis sola est vicisse Ca-
toni :
Invidus, annoso famam qui derogat
ævo,
Et vates ad vera vocat.
Componite mentes ad magnum vir-
tutis

tutis opus ſummoſque labores.
At qui ſponſore ſalutis
Miles eget, capiturque animæ dulcedine, vadat
Ad dominum meliorê viâ.
Deficiat, ſi quo fuerit diſcrimine notum
„ Dux an miles eam; Serpens, ſitis,
„ ardor, arenæ,
„ Dulcia virtuti: gaudet patientia duris.
Lętius eſt quoties magno ſibi conſtat honeſtum.
Hi mihi ſint comites quos ipſa pericula ducent,
Qui me teſte pati, vel quæ triſtiſſima pulchrum
Romanumque putant.
Nam cui crediderim ſuperos arcana daturos,
Dicturoſque magis quam ſancta vera Catoni:
Certè vita tibi ſemper directa ſupernas
Ad leges, ſequeriſque Deum.
Laudandaque velle Sit ſatis, & nunquam

quam successu crescat honestum.
Hæremus cuncti superis, temploque tacente
Nil facimus non sponte Dei: nec vocibus ullis
Numen eget: dicitque semel nascentibus auctor
Quicquid scire licet.
Superos quid quęrimus ultrà,
Jupiter est quodcunque vides, quocunque moveris.
Veris magna paratur
Fama bonis, nec non successu nuda remoto inspicitur virtus.
Sortilegis agant dubiis semperque futuris
Casibus ancipitis; me non oracula certum,
Sed mors certa facit: Pavido fortique cadendum est,
Hoc satis est dixisse Jovem.
Non cura laborque Noster scire valet.
Datis omnia læto,
Nec vobis opus est ad noxia fata veneno.
Cogit tantos tolerare labores Summa ducis virtus.

O sa-

O ſacer & magnus vatum labor ! omnia fato
Eripis, & populis donas mortalibus ævum.
Lachrymas non ſponte cadentes
Effudit, gemituſque expreſſit pectore læto ;
Non aliter manifeſta putans abſcondere mentis
Gaudia, quam Lachrymis :
Quiſquis te flere coëgit
Impetus, à vera longe pietate receſſit.
Unica belli Prœmia civilis victis donare ſalutem.

## LIB. X. EX LUCANO.

Admiſit Venerem curis, & miſcuit armis Illicitos toros.
Vultus adeſt precibus facieſque inceſta perorat.
Excepere epulę tantarum gaudia rerum :
Infelix ferro mollita juventus Atque exſecta virum.
Proh cæcus & amens

Ambitione furor; civilia bella geren-
ti
Divitias aperire ſuas: incendere men-
tem Hoſpitis armati?
O ſacris devote ſenex, quodque ar-
guit ętas, Non neglecte Deis.
Nullaque non ætas voluit conferre
futuris
Notitiam: ſed vincit adhuc natura
latendi
Et gentes maluit ortus mirari quam
noſſe tuos.
Tantum animi delicta dabant,
Quem non è nobis credet Cleopatra
nocentem
A quo caſta fuit?
Quem nox ſi junxerit una,
Et ſemel amplexus inceſto pectore
paſſus
Hauſerit obſcęnum titulo pietatis
amorem,
Meque tuumque caput per ſingula
ſorſitan illi
Oſcula donabit: crucibus flammiſque
luemus
Si fuerit formoſa ſoror:

Et

Et ſumus, ut fatear, tam ſęva judice ſontes.
Ad ſcelus ingentis fati ſumus: attrahat illos
In noſtras fortuna manus:
Quid nomina tanta
Horremus, vireſque ducis, quibus ille relictis Miles erit?
Plenum epulis madidumque mero venerique paratum
Invenies: aude! Superi tot vota Catonum
Brutorumque tibi tribuent.
Nulla fides pietaſque viris qui caſtra ſequuntur,
Venaleſque manus; ibi fas ubi maxima merces:
Ære merent parvo:
Servatur pęnas in apertam luce daturus.
Foribus clauſę ſe protegit aulę, Degeneres paſſus latebras.
Tangunt animos iręque metuſque;
Et timet incurſus, indignaturque timere.
Ceu puer imbellis, ceu captis fęmina muris.

Quę-

Quærit tuta domus, ſpem vitę in limine clauſo
Ponit, & incerto luſtrat vagus atria curſu:
Cogunt tamen ultima rerum Spem pacis tentare ducens.
Cæca juventus conſilii.
Et nuſquam totis incurſat viribus agmen;
Fata vetant murique vicem fortuna tuetur.
Obſceſſuſque gerit (tanta eſt constantia mentis)
Expugnantis opus.
Semper feliciter uſus
Prçcipiti curſu bellorum & tempore rapto;
Magni morte perit:
Dum patrii veniant in viſcera Cæſaris enſes,
Magnus inultus erit.
Via nulla ſalutis,
Non fuga, non virtus, vix ſpes quoque mortis honeſtę.
Audaces mors certa facit, pellitque timorem.

Deſpe-

Desperata salus.
Nulla est audacia major
Quam cui materiem naturę præbet ęgestas,
Ut sitis atque fames : sitiens mala nulla timere
Esuriensve potest, miserę violentia pestis
Cogit abesse metum, dum plus pręsentia torquent,
Quam ventura movent.
Nulla quidem pestis magis est operosa nocendi,
Quam simulatus amor, nimiumque domesticus hostis
Pulchram fallendi noverat artem
Veris falsa probans : quia tantum falsa loquendo
Fallere nemo potest : veri sub imagine falsum
Influit, & furtim deceptas occupat aures.
Hoc tradente dolos, gestus artemque nocendi
Edidicit simulare fidem, sensusque minaces

Pro-

Protegere, & blando fraudem prętexere riſu.
Fallere mentes Doctus, & unanimes odiis turbare ſodales.
Tolerabis iniquam Pauperiem cum tela geras, & flebis inultus
Cum pateant tantę nullis cuſtodibus urbes?
Te quoque jam timeant admirenturque nocentem,
Quem ſprevere pium: ſpoliis prædâque repletus
Cum libeat Romanus eris probi: &c.
Probitatis inertia nomen, juſtitiæ formido ſubit.
Libravit geminas eventu judice vires
Ad rerum momenta cliens, ſeſeque daturis Victori
Non ulla perenni Amplexu fortuna fovet.
Omne futurum
Deſpicitur, ſuadentque magis præſentia fructum:
Oneriſque ignara juventus,
Id pro quo metuit tantum trahit.
Imperitare viros patere & parêre maritas Vult natura. Reg-

Regnabit ſanguine multo
Ad Regnum quisquis venit ab exilio:
Ne pete firmatas pacis diſſolvere leges.
Ætnęos apices ſolo cognoſcere viſu
Non aditu tentare licet.
Quicquid leve fertur in altum: in medium graviora cadunt.
Stimulat communis in arma
Virginitas, crimenque feri raptoris acerbat.
Diſſuaſor honeſti Luxus, & humanas oblimat copia mentes;
Provocet ut ſegnes animos rerumque remotas
Ingenioſa vias paulatim exploreet geſtas;
Utque artes pariat ſollertia, nutriat uſus.
Rabiem livoris acerbi Nulla poteſt placare dies
Feram, fatumque putato non ſcelus.
Jamnon ad culmina rerum
Inuſtos creviſſe queror, tolluntur in altum
Ut lapſu graviore ruant.

Et luxus populator opum, quem semper adhęrens
Infelix humili gressu comitatur egestas.
Torvaque, collectis stipatur Curia monstris,
Signa quidem ò socię Divos attollere contra
Nec fas est, nec posse reor:
Dominoque parabat Exitium fœcundus ager.
Congestę cumulantur opes, urbisque ruinas
Accipit una domus.
Nunquam dives eris, nunquam satiabere quęstu:
Semper inops quicunque cupis.
Vivitur exiguo melius: Natura beatis
Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.
Prô sęvior ense Parcendi rabies concessaque vita dolori?
Neque enim patiuntur sęva quietem
Crimina, pollutæque negant arescere fauces.
Everso juvat orbe mori: solatia leto

Exitium

Exitium commune dabit, nec territus ante
Discedam: cum luce summi linquenda potestas.
Sensumque malis detraxerat usus.
Eheu quam brevibus pereunt ingentia caussis!
Imperium tanto quęsitum sanguine, tanto
Servatum: quod mille ducum peperêre labores.
Quod tantis Romana manus contexuit annis,
Proditor unus, iners, angusto tempore vertit.
Mentemque palam testatur amictus.
Męrent captivę pellito judice leges.
Pœnamque luit formidine pœne.
Reverentia frangit Virtutis stimulos.
Quisnam audet leges vibrato imponere ferro.
Felix illa manus talem quę prima cruorem
Hauserit, & fessi pœnam libraverit orbis.
Desinat elatis quisquam confidere rebus,
In-

Instabileſque Deos ac lubrica Numina diſcat.
Eſt ubi deſpectus nimius juvat.
Qui ſervi non eſt admiſſus in uſum
Suſcipitur Regnis, & quem privata miniſtrum
Dedignata domus, moderantem ſuſtinet aula.
Quam bene diſpoſitum terris, ut dignus iniqui
Fructus conſilii primis auctoribus inſtet.
Aſperius nihil eſt humili cum ſurgit in altum.
Cuncta ferit dum cuncta timet: deſevit in omnes
Ut ſe poſſe putent: nec bellua tetrior ulla eſt
Quam ſervi rabies in libera colla furentis,
Clementia cunctis
In ſimiles, animoſque ligant conſortia damni.
Nullus inops adeò nullum ſic urget egeſtas
Ut velit Eutropii fortunam & membra paciſci.

Nil adeò fædum eſt quod non exacta vetuſtas
Ædiderit, longique labor commiſerit ævi.
Naſcitur ad fructum mulier prolemque futuram.
Milia eunuchi nunquam progreſſa cubile.
Tenero tractari pectore neſcit Publica majeſtas.
Quid plenum ſterili poſſit ſub conſule naſci?
Neſcis quod turpior hoſtis Lætitiâ majore cadit?
Non bene Gradivo Lenonia dextera ſervit.
Quid juvat errores mersâ jam puppê fateri?
Quid lachrymæ delicta levant?
Veteri poſt obruta morbo
Corpora Pæonias ne quidquam admoveris herbas:
Ulcera poſſeſſis altê ſuffuſa medullis
Non leviore manu; ferro ſanantur & igni.
Truncantur & artus.

Ut liceat reliquis securum vivere
membris.
Utque semel patuit monstris iter,
omnia tempus
Nacta suum, properant nasci.
Sed quam cæcus inest vitiis amor:
omne futurum
Despicitur, suadentque brevem præ-
sentia fructum,
Et ruit in vetitum damni secura libi-
do,
Dum mora supplicii lucro, serum-
que quod instat, Creditur:
Turpe fuit cessisse viros.
Sic magna tueri
Regna nihil, patiensque jugi deludi-
tur orbis.
Damnaminus consueta movent.
Hos parvæ poterunt impellere causæ
In scelos, ad mores facilis natura re-
verti.
Quem detinet æqui
Gloria, concessoque cupit vixisse co-
lonus, quam dominus rapto.
At nunc qui fœdera rumpit, Dita-
tur: qui servat, eget.

Nec miror aquas radiare metallo, quę toties lavere Midam.
Tolerabis iniquam Pauperiem cum tela geras.
Nam quis non Consule tali Vilis honos?
Acer in absentes, linguæ jactator, abundans
Corporis, exiguisque animi, --: *v*. 106.
Graviorum turba malorum
Teritur, ignavis trahimus dum tempora votis.
Orba magistro Fertur in abruptum casu, non sidere, puppis.
Valuit pro vulnere terror,
Implevitque vicem jaculi, vitamque nocentem
Integer & sola formidine saucius, efflat.
Crudelibus æque Paretur dominis.
Hi longè ventura notant, dubiisque parati
Casibus occurrunt, fabro meliore politi.
Hi pecudem ritu non impenduntia vitant,

Nec

Nec res ante vident, acceptâ clade queruntur,
Et serò transacta gemunt.
Neve adeo cunctos paucorum crimine damnes,
Nec nova tot meritis offensa prioribus obstet.
Suprema pericula semper
Dant veniam culpæ: quamvis iratus & exul
Pro patriæ flammis non distulit arma Camillus.
Brevior duxi securius ævum, ipsa nocet moles. (ager.
Pars tertia mundi Unius prædonis
Ignoscant senio; juvenes ad prælia mittant.
Quodcunque profundâ
Traxit avaritiâ luxu pejore refundit.
Oritur prædâ cessante lidido,
Divitibusque dies & nox metuenda maritis.
Ut vino calefacta Venus tunc sævior ardet Luxuries. (Proditio.
Fas pretio cedet, mercede placebit
Quamvis discrimine summo.

Proditor apportet ſuſpensâ morte ſalutem.

Nunquam gratus erit : damnamus luce reperta Perfidiam.

Plerique in tempus abuſi Mox odere tamen.

Romani ſcelerum ſemper ſprevere miniſtros.

In omnis Æqualis caſus animus penetrabit arenas,

Inveniet virtute viam.

Vindictam mandaſſe ſat eſt : plus nominis horror,

Quam tuus enſis, aget : minuunt præſentia famam.

Qui ſtetit æquatur campo, collataque neſcit

Majeſtatem acies :

Nonne mori ſatius vitæ quam ferre pudorem ?

Nec ſidera pacem Semper habent.

Sed caret eventu nimius furor : improba nunquam

Spes lætata diu

Ignoſcere pulchrum jam miſero, pœnæque genus vidiſſe precantem.

Quæ

Quę vindicta major quam cum formido superbos
Flectit, & assuetum spoliis affligit egestas.

Ductorque placebat,
Non qui præcipiti traheret simul omnia casu,
Sed qui maturo vel lęta vel aspera rerum
Consilio momenta regens, nec tristibus impar,
Nec pro successu tumidus, spatiumque morandi
Vincendique modum mutatis noscet habenis.

Fessę doleant ne tristibus aures.

Gaudia pręmissi cumulant inopina dolores
Commendat placidum maris inclementia portum.

Jamque oneri creduntur opes tandemque libido
Hæsit, avaritiæ gravioribus obruta curis.

Atque est ingenio loquax & plurima fingi

Permittens, crediqque timor.
Sed malus interpres rerum metus omne trahebat
Augurium pejore via:
Vile decus quod non erexit prȩvius horror:
Ingentes geminant diſcrimina magna triumphos:
Sed nunquam oblita decoris
Obſcenam latebram pietas ignava requiret,
Nec vobis fortis monitor mihi cautior uni:
Nec meminit lethi nimboſve aut frigora curat,
Dum natis alimȩnta paret.
Primo fonte breves, cito mox gurgite regnant,
Et fluvios cogunt undâ coëunte minores
In nomen tranſire ſuum.
Ducis aſpectu cuncti ſtupuere rebelles,
Inque uno Princeps Latiumque & tota refulſit Roma viro.
Tot nos bella docent nulli ſervire Tyranno. Didi-

Ddiicit non esse potentum
Tentandas, mediis quamvis in luctibus, iras.
O semper tacita sortes ambage malignæ,
Eventuque patens, & noxia varibus ipsis Veri sera fides.
Et tandem interprete casu
Agnovit dubiis illusa vocabula fatis.
Cui natura breves animis ingentibus artus
Finxerat, immanique oculos infecerat ira.
Emitur sola virtute potestas.
Non dabitis murum, sceleri qui vindicat, ibit.
Omnia subsident meliori pervia causæ.
Post acies odiis idem qui terminus armis.
Virtute decet non sanguine niti.
Hanc tamen haut quisquam qui non agnoverit ante
Semet & incertos animi placaverit æstus
Inveniet; longis illuc ambagibus itur.
Lux altissima fati

Occultum nihil esse sinit, latebrasque
per omnes.
Intrat, & obstrusos implorat fama
recessus.
Sola Deos æquat Clementia nobis.
Neu dubie suspectus agas, neu falsus
amicis.
Non sic excubiæ nec circumstantia
cuncta
Quam tutatur amor:
Non extorquebis amari.
Hoc alterna fides, hoc simplex gratia
donat.
Qui terret, plus ipse timet.
Tunc observantior æqui
Fit populus, nec ferre negat, cum
viderit ipsum
,, Auctorem parere sibi: Componitur
,, orbis
,, Regis ad exemplum; Nec sic infle-
ctere sensus
,, Humanos edicta valent, quam vita
Regentis.
Mobile mutatur semper cum Princi-
pe vulgus. (mores.
Inquinat egregios adjuncta superbia
Habeat si causa secundos, Ju-

Juſtior, eventus aderis, parteſque receptas
----------- Suſcipies.
Nec deſinat unquam
Tecum Graja loqui tecum Romana vetuſtas.
Succeſſus ſuperant adverſa Caronis.
Diſcitur hinc nullos meritis obſiſtere caſus.
Impia continui ceſſent augmenta tributi,
Nec tua privatis creſcant ęraria damnis:
Gravibuſque latet ſub moribus ętas.
Clauſa putat ſibi cuncta Pavor.
Nulla eſt victoria major
Quam quę confeſſos animo quoque ſubjugat hoſtes.
Omne Tonantis
Obſequium Marci mores potuere mereri.
----- Meritiſque tuis obnoxia Virtus
Quod ſervavit, amat.
Numque inter ſocias acies cognataque ſigna,
Ut vinci miſerum, nunquam viciſſe decorum.

Medium non desinit unquam.
Cæli Phæbus iter, radiis tamen omnia lustrat.
Meritis offertur inemtus
Pura mente favor : nam munere carior omni
Adstringit sua quemque salus: procul ambitus errat, (amori.
Non quęrit pretium vitam qui debet
Ipsa quidem virtus precium sibi, solaque late
Fortunæ secura nitet, nec fascibus ullis
Erigitur, plausuve petit clarescere vulgi.
Nil opis externę cupiens, nil indiga laudis
Divitiis animosa suis, immotaque cunctis
Casibus, ex altâ mortalia despicit arce.
Hanc tamen invitam blande vestigat, & ultrò
Ambit honor.
Nullas recipit prudentia metas.
Nec me quid valeat (Natura fortior) usus.
Præte-

Præterit, aut quantum neglectæ defluit arti:
Desidis Aurigæ non audit verbera currus
Nec manus agnoscit quem non exercuit arcum.
Injustum fateor quodcunque negatur Justitiæ.
Qui fruitur pœnâ ferus est, legumque videtur
Vindictam præstare sibi.
——— Dîs proximus ille est
Quem ratio, non ira, movet; qui facta rependens
Consilio punire potest.
——— Non se meruisse fatetur
Qui crevisse putat. *sc. honores.*
Lene fluit Nilus, sed cunctis amnibus exstat
Utilior, nullas confessus murmure vires:
Torrentes immane fremunt, lapsisque minantur
Pontibus, involvunt spumoso vertice silvas.
——— Peragit tranquilla potestas
Quod

Quod violenta nequit, mandataque fortius urget
Imperiosa quies.
--- Prædurus iniquas--Accepisse preces
Ingeniis pateat campus, certusque merenti
Stet favor, ornetur propriis industria donis;
Surgent sopitæ quas obruit ambitus artes.
Crescent virtutes, ætas fæcunda redibit.
Turpia non Latios incestant nomina Fastus.
Fortibus hæc concessa viris, solisque gerenda
Patribus, & patriæ nunquam latura pudorem.
----- Ad sese mentem præsentia ducunt.
Etenim mortalibus, ex quo
Tellus cœpta coli, nunquam sincera bonorum
Sors ulli concessa viro: quem vultus honestat,

De-

Dedecorant mores : animus quem pulchrior ornat,
Corpus destituit : bellis insignior ille,
Sed pacem fœdat vitiis ; in publica felix ,
Sed privata minus.
*Ovid.* Usque adeo nulla est sincera voluptas
Sollicitumque aliquid lætis intervenit.
Nubilis interea maturæ virginis ætas
Urgebat patrias , suspenso principe, curas ,
Quem simul imperioque ducem , natæque maritum
Prospiceret.
Felix arbitrii. Princeps qui congrua mundo
Indicat , & primus censet quod cernimus omnes.
Patris stimulos ignesque mariti
Vincit cura Ducis.
Jurisque Metus Servator honesti.
Scilicet in vulgus manant exempla Regentum ;
Utque Ducum lituos , sic mores castra sequuntur morem Ret-

Rettulit ut Ducibus mandarent prælia Patres
Decretoque rogæ felix legionibus iret Teſſera:
Quantum fiducia nobis Profuit hoſtilis.
Ne timeare, times: & quem vindicta manebat, Deſperare vetas.
Conſilio ſtetit ira minor.
*Diva fides* nullo docuit liveſcere fuco,
Nunquam falſa loqui, nunquam promiſſa morari.
Inviſos odiſſe palam, non virus in alto
Condere, non lętam ſpeciem prętendere fraudi:
Sed certum mentique parem componere vultum.
Occulto ſævire vetat, prodeſſe remittit:
Utque hoſtes armis, meritis ſic vincit amicos.
Non vivis annexus amor, meminiſſe ſepultos
Deſinit? in prolem tranſcurrit gratia patrum.
Quid non intrepidus credas cui Regia tuto Creditur? Ho-

Hoſtem muniri robore mavis
Quam peccare fide.
Obruta virtus Paupertare, latet.
Egregios innitant præmia mores,
Opibuſque fluens & pauper eodem
Nititur ad fructum ſtudio, cum cernat uterque
Quod nec inops jaceat Probitas, nec inertia ſurgat
Divitiis.
------ Scis nulla placere
Munera quę metuens, illis quos ſpreverit, offert
Serus.
Hic ſolus ſpreviſſe poteſt qui jure meretur.
Patrium vectigal ſolvere gaudet
Immunis qui clade fuit.
Plus ideo ſumenda tibi faſtigia juris,
Ne pereat tam priſcus honos, qui portus honorum ſemper erat.
Nam domus hæc utroque petit diademata ſexu,
Reginaſque parit, reginarumque maritos.
Non illum præmia tantùm,
Quam

Quam labor ipſe juvat: ſtrepitus faſtidit inanes:
Inque animos hominum pompâ meliore triumphat.
Eſt aliquod meriti ſpatium quod nulla furentis
Invidię menſura capit.
Fallitur egregio quisquis ſub principe credit
Servitium, nunquam libertas gratior extat,
Quam ſub rege pio.
Proxime Dîs Conſul qui tantę proſpicit urbi.
Qua nihil in terris complectitur altius æther.
Cujus nec ſpatium viſus, nec corda decorem,
Nec laudem vox ulla capit, quæ luce metalli
Æmula vicinis faſtigia conſerit aſtris.
Cętera regna Luxuries vitiis odiiſque ſuperbia vertit.
Parent numinibus montes, ut legibus urbes.
Quod ſi nobilitas cunctis exordia pandit

Lau-

Laudibus, atque omnes redeunt in
 ſemina cauſæ.
Nec vivida cæli
Semina mortales norunt ſentire la-
 tebras,
Nec poſſunt ſufferre moras.
Quid nunc invictis fraudes innectere
 fatis,
Cælicolum regina juvat.
Defendet natura Deum, patremque
 probabit
Quod non vis, conſtare Jovem.
Aula choris æpuliſque vacat; nec per-
 dita curant
Dum ſupereſt aliquid:
 ------ Fas eſt
Vexatum late corpus juveneſcere
 regni.
Arma coacta capit Germania, pocu-
 la ſponte.
Anglia mons, pons, fons, Eccleſia,
 fæmina, lana.
Ætatis dum ver agitur, tum conſule
 brumæ
Blanda truces animos fertur molliſſe
 voluptas:
Et

Et qui ſe flammæ propius junxere vapori
Aut flamma aut fumi referunt in corpore ſigna.
Immemor officii, non ſat memor extitit ante,
Nec bene gratus erat, qui gratus deſiit eſſe.
Incidit in foveam quam foderat improbus hoſtis.
Magnorum ſiquidem multos vicinia lęſit:
Nam cauſa ſemper in omni
Judicium ſpoliatus amat, qui poſſidet, odit.
Nam neque divitibus contingunt gaudia ſolis.
Non eadem vulgúſque decent & culmina rerum.
Nec Princeps latebras, nec ſol deſiderat umbras.
Abſcondat ſolem qui vult abſcondere Regem.
Ne quis fore credat inultum
Quicquid in Auguſtos auſus committere Reges;

Vel

Vel meditatus erit.
Omnis enim debet ſine vano nuncius
eſſe.
Omnia quæ dudum querеris ſublata,
videbis
Nomine mutato ſub eadem vivere
formâ.
Prudens ac fortis fortunę tela retun-
dit,
Permiſſum fit vile nefas, fit langui-
dus ardor.
Principis ezemplo miles virtute
coactâ
Audet, & audaci, pudor eſt, ſub
rege timere.
Qui vitare cupit varii diſcrimina ca-
ſus,
Non unam ſemper rationem inſiſtat
agendi.
Ridiculè hęc homines, nequeunt quę
vendere, donant.
Si paulum ſummo diſceſſit overgit ad
imum.
Scilicet hanc in ſe majeſtas regia juſti
Vim terroris habet, procul an propè,
pręſtò vel abſens,

Sem-

Semper terribilis, ſemper metuenda, ſuoque
Plena vigore manet, nullique impune premenda
Creditur, & ſemper cunctis & ubique timetur.
Mentis quippe bonę proprium eſt agnoſcere culpam,
Culpa ubi nulla ſubeſt.
Urget quippe metus faciuntque pericula fortes.
Ut deſint vires; tamen eſt laudanda voluntas.
Vim qui inferre parat, certus cupiduſque nocendi:
Fruſtrà illum ratione premas, aut jure refellas.
Nec grata timentum Munera.
Diſſimulat, parvamque latronum errare catervam
Ad fontes; tormenta magis quam tela parari.
Nec Duce frangendas jactat ſed judice vires.
Sed quid non longa valebit Permutare dies.

Sæ-

Sævit in auctorem prodigiosus honor:

Unam pro mundi furiis concedimus urbem.

Notus ab incæptis ignobile reppulit horror

Vulgus: & addictus sub verbere torpuit ensis.

Inflammata semel nescit mitescere virtus.

Magno certatur amore,

Alternamque fidem non illaudata lacessit Seditio.

Noli paucorum crimen diffundere in omnes.

Omne quod excelle ns opus & sublime futurum est,

Difficiles ortus habet, incrementaque tarda.

Clausa acuunt exempla periculi,

Et fractis rebus violentior ultima virtus.

Imperium gladio, sed opes sub clave tenentur.

Nec tua privatis crescant æraria da·mn is.

Per-

Perdurat non empta fides, nec pectora merces Alligat.

Nec legitur dubiis qui litibus addere finem
Justior, & mersum tenebris educere verum.

Homo rudis & asper Procuratorem vultu qui præferat ipso.

Rescindere nunquam Dîs licet acta Deûm: *Ovid.*

Neque enim licet irrita cuiquam
Facta Dei fecisse Deo.

Jam vicina thoro plenis adoleverat annis Virginitas. Cl.

Impatiens nescire totum nullasque mariti
Illecebras, nec dulce patris nognoscere nomen.

Me quoque non impar Naturæ cura remordet,
Nec ferro sic corda rigent, ut nosse recusem,
Quam sanctum Soceri nomen, quam dulce mariti,
Quantus prolis amor:

Discessus acerbus, Et gravior consensus erat.

Alio

Alio ſaltem proſternite caſu: Et pænæ mutate genus.
Cuncta fame leviora mihi:
Securior illa peruſtæ
Pars Lybię, nimio, quę ſe, munita calore
Defendit, tantique vacat ſecura Tyranni.
Aula Choris epuliſque vacat, nec perdita curat
Dum ſupereſt aliquid:
Horret adhuc animus manifeſtaque gaudia differt,
Dum ſtupet & tanto cunctatur credere voto.
Nullis victoria nobis
Hæſit, non ſpacio terræ, non obice Ponti:
Congreſſum, profugum, captum nox nunciat una,
Rumoremque ſua prævenit laurea belli:
Quod nec vota pati nec fingere ſomnia poſſunt.
------ Exempla creantur.
Quæ ſorci ſuperent riſus luctuſque cothurni.

Solus habet ſcelerum quicquid poſſedimus omnes.

------ ſe quiſque abſolvere geſtit,
Et transfert proprias aliena in crimina culpas.

Pars ſceleris dubitaſſe fuit.

Plus eſt ſervaſſe repertum
Quam quæſiſſe novum.

------ quibus eſt inſignis edendi
Gloria, corruptaſque dapes variaſſe decorum.

Qui ventrem invitant precio.

Laus maxima riſum
Per varios moviſſe ſales.

------ hoſtique catenas
Inter vina crepant.

Ipſe Leo Damâ, Cervoque fugacior ibat.

Heu neſcis quid fata tibi, quid ſidera donent,
Quid fortuna paret.

Namque mihi magicæ vires, ævique futuri
Præſcius ardor ineſt.

*Hor.* Nil ego contulerim jucundo ſanus amico.

Mira-

Miraris cum tu argento post omnia ponas
Si nemo prestet, quem non merearis, amorem?
------ Sensus moresque repugnant
Atque ipsa utilitas justi prope mater & æqui.
Vilis amicorum est annona, bonis ubi quid deest.
Perdidit arma, locum virtutis deseruit, qui
Semper in augenda festinat & obruitur re.
Quem res plus nimio delectavere secundæ,
Mutatę quatient: si quid mîrabere pones
Invitus: Fuge magna, licet sub paupere tecto
Reges & Regum vità præcurrere amicos.
Nam neque divitibus contingunt gaudia solis.
Nec vixit male, qui natus moriensque fefellit.
Falsus honor juvat & mendax infamia terret,

Qeem nisi mendosum & mendacem?
Crescentem sequitur cura pecuniam
Majorumque fames.
Stat contra, starique jubet: parere necesse est:
Nam quid agas cum te furiosus cogat & idem
Fortior.
---- Libertas pauperis hæc est,
Pulsatus rogat, & pugnis concisus adorat,
Ut liceat paucis cum dentibus inde reverti.
------ ultimus autem
Ærumnæ cumulus: quod nudum & frusta rogantem,
Nemo cibo, nemo hospitio tectoque juvabit.
Nil habet infelix paupertas durius in se,
Quam quod ridiculos homini facit.
Quantum quisque sua nummorum servat inarca:
Tantum habet & fidei jures licet & Samothracum
Et nostrorum aras: contemnere fulmina pauper
Cre-

Creditur, atque Deos, Dîs ignoſcentibus ipſis.

------ melior qui ſemper & omni
Nocte dieque poteſt alienum ſumere vultum,

------ aulam reſupinat amici.
Scire voluntſecreta domus atque inde timeri.
Quis nunc diligitur niſi conſcius, & cui fervens
Æſtuat occultis animus ſemperque tacendis.
Carus erit Verri, qui Verrem tempore quo vult
Accuſare poteſt.
Difficile eſt ſatyram non ſcribere, nam quis iniquæ
Tam patiens urbis, tam ferreus, ut teneat ſe.

------ Doctus ſpectare lacunar,
Doctus & ad calicem vigilanti ſtertere naſo.
Vincant divitiæ
Quandoquidem inter nos ſanctiſſima divitiarum
Majeſtas.

Loripedem rectus derideat. Æthiopem albus:
Quis tulerit Grachos de seditione querentes ?
Nonne igitur jure ac merito vitia ultima fictos
Contemnunt scauros ? & castigata remordent ?
Magna est inter molles concordia.
----- Grex totus in agris
Unius scabie cadit, & porrigine porci
Uvaque conspectâ livorem ducit ab uva.
Nemo repente fuit turpissimus.
------ Liceat modo vivere, fient.
Fient ista palam, cupient & in acta referri.
------ Nihil est quod credere de se
Non possit, cum laudatur Dis æqua potestas.
Sed quid violentius aure Tyranni ?
Nunquam direxit brachia contra Torrentem.
Patricias quis enim jam non intelligat artes.

Ven-

Ventre nihil novi frugalius.
Fructus amicitię magnę cibus: imputat hunc Rex;
Et quamvis rarum tamen imputat.
Maxima quæque domus servis est plena superbis.
------ Præstare tributa clientis
Cogimur, & cultis augere peculia servis.
------ Namque & titulis & fascibus olim
Major habebatur donandi gloria.
------ Plurima sunt, quę
Non audent homines pertusa dicere lana.
*Ovid.* Pauper amet caute, timet maledicere pauper
Multaque divitibus non patienda ferat.
Tu tibi liber homo & Regis conviva videris:
Captum te nidore suę putat ille culinæ.
Unus Iberinę vir sufficit? ocius illud
Extorquebis, ut hęc oculo contenta sit uno.

Fortem animum prȩſtant rebus quas turpiter audent.

Faciunt graviora coactȩ.

Imperio affectibus ſexus, minimumque libidine peccant

Quȩdam parva quidem, ſed non toleranda maritis.

Nil unquam invita donabis conjuge, vendes

Hac obſtante nihil; nihil, hȩc ſi nolit, emetur.

Hȩc dabit affectus.

——Quid enim non excitat inguen?

Vox blanda & nequam? digitos habet.

Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa eſt.

Deſperanda tibi ſalvâ concordia ſocru:

Illa docet ſpoliis nudi gaudere mariti:

——decipit illa

Cuſtodes aut ære domat.

--- Nullam invenies quæ parcat amanti.

Ardeat ipſa licet, tormentis gaudet amantis

Et ſpoliis.

Scili-

Scilicet exſpectas, ut tradat mater honeſtas,
Aut alios mores quam quos habet, utile porrò
Filiolam turpi vetulę producere turpem.
Nulla fere cauſa eſt in qua non femina litem Moverit.
Semper habet lites alternaque jurgia lectus,
In quo nupta jacet, minimum dormitur in illo.
——— nihil eſt audacius illis
Deprenſis, *iram atque animos à crimine ſumunt.*
Nunc patimur longe pacis mala: ſęvior armis
Luxuria incubuit.
Nullum crimen abeſt facinuſque libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit.
Prima peregrinos obſcæna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt ſecula luxu
Divitię molles.
---Quid enim venus ebria curat?

Inguinis & capitis quę ſint diſcrimina
neſcit.
Cum bibitur concha, cum jam vertigine
tectum
Ambulat, & geminis exſurgit menſa
lucernis.
Tunc prurigo morę impatiens, tunc
femina ſimplex.
O quantus tunc ille mentibus ardor
Concubitus.
Jam fas eſt, admitte viros.
Multis res anguſta domi eſt: ſed nulla
pudorem
Paupertatis habet, nec ſe metitur ad
illum
Quem dedit hæc poſuitque modum.
Prodiga non ſentit pereuntem fœmina
cenſum.
Non unquam reputat, quanti ſibi
gaudia conſtent.
Non habeat matrona, tibi quę juncta
recumbit,
Dicendi genus:
Nil non permittit mulier ſibi, turpe
putat nil
Cum virides gemmas collo circumededit:
In-

Intolerabilius nihil eſt quam fæmina dives.
Ad mæchum veniet lota cute: Quando videri
Vult formoſa domi: Mæchis foliata parantur.
His emitur quicquid graciles huc mittitis Indi.
—— Si nocte maritus
Adverſus jacuit, periit libraria, ſomni
Cogitur & pœnas alieni pendere ſervus:
Sed jacet aurato vix ulla puerpera lecto:
Tantum artes hujus, tantum medicamina poſſunt;
Quæ non faciet quod Principis uxor?
Oderunt natos de pellice: nemo repugnat.
Vos ego pupilli moneo quibus amplior eſt res,
Cuſtodite animas & nulli credite menſæ.
Illam ego non tulerim, quæ computat, & ſcelus ingens
Sana facit.

Morte viri cupiant animam servare catellę.
Pectora nostra duas non admittentia curas.
Gloria quanta libet, quid erit si gloria tantum est.
Sed genus ignavum quod tecto gaudet & umbra.
Tunc immensa cavi spirant mendacia folles.
--- Rumpe miser tensum jecur, ut tibi lasso
Figantur virides, scalarum gloria, palmę.
—— Purpura vendit
Causidicum, vendunt amethystina; convenit illis
Et strepitu & facie majoris vivere census.
----- Ciceroni nemo Ducentos
Nunc dederit nummos, nisi fulserit annulus ingens.
Servis regna dabunt, captivis fata triumphos,
Rara tamen merces quę cognitione Tribuni
Non

Non egeat.
Stultitiam patiuntur opes.
Rarus enim ferme ſenſus communis in illa Fortuna
---- miſerum eſt aliorum incumbere famæ.
Curandum inprimis ne magna injuria fiat
Fortibus & miſeris: tollas licet omne quod uſquam eſt
Auri atque argenti: ſpoliatis arma ſuperſunt.
Credite me vobis folium recitare Sibyllæ:
---- fecimus & nos
Hæc juvenes: breve ſit quod turpiter audes
---- nunquam adeò fœdis, adeoque pudendis
Utimur exemplis, ut non pejora ſuperſint.
Res haud mira tamen citaredo Principe minus Nobilis.
Majorum primus quiſquis fuit ille tuorum
Aut paſtor fuit, aut illud quod dicere noli.

con-

——conviva joco mordente facetus.
Et ſalibus vehemens intra pomæria natis.
Inſtabile ac dirimi captum & jam pene ſolutum
Conjugium in multis domibus, ſervavit adulter.
Nam res mortifera eſt inimicus pumice lævis.
Qui modo ſecretum commiſerat, ardet & odit,
Tanquam prodiderim quicquid ſcio.
Nam ſervi quodnam dubitant componere crimen
In dominos, quoties rumoribus ulciſcuntur, verbera?
Quid tam dextro pede concipis, ut te
Conatus non pœniteat votique peracti?
Evertere domos totas optantibus ipſis
Dii faciles; nocitura roga, nocitura petuntur Militiâ.
Et plures nimiâ congeſta pecunia curâ ſtrangulat.

Quoſ-

Quosdam præcipiat subjecta potentia magnæ invidiæ.

Turba Remi sequitur fortunam, ut semper, & odit Damnatos.

Et qui nolunt occidere quenquam, Posse volunt,

Ingenio manus est & cervix cæsa; nec unquam

Sanguine causidici maduerunt rostra pusilli,

------ major famę sitis est quam

Virtutiş: quis enim virtutem amplectitur ipsam,

Præmia si tollas.

Sed quam continuis & quantis longa senectus

Plena malis.

Rara est adeò concordia formę Atque pudicitiæ.

------ Prodiga corruptoris

Improbitas ipsos audet rentare parentes.

Tanta --- in muneribus fiducia.

Mulier sævissima tunc est

Cum stimulos odio pudor admovet:

„ Permittes ipsis expendere numini-
„ bus quid

„ Con-

,, Conveniat nobis, rebuſque ſit utile
,, noſtris :
,, Nam pro jucundis aptiſſima quæ-
,, que dabunt Dii.
,, Charior eſt illis homo quam ſibi.
Orandum eſt ut ſit mens ſana in corpore ſano.
,, Fortem poſce animum & mortis
,, terrore carentem ;
,, Qui ſpatium vitæ extremum inter
,, munera ponat
,, Naturæ, qui ferre queat quoſcun-
,, que dolores :
,, Neſcias iraſci, cupiat nil : *ſemita*
,, *certe*
,, *Tranquillæ per virtutem patet unica*
,, *vitæ.*

Atticus crimine cęnat lautus habetur :
Si Rutilus demens: quid enim majore cachinno (picius.
Excipitur vulgi ? quam pauper A-
---- Magis illa juvant quę pluris emuntur. (Rutilo nam
Sed refert quid hæc eadem paret : in
Luxuria eſt, in Ventidio laudabile nomen Su-

Sumit & à censu famam trahit.
——— Buccæ
Noscenda est mensura tuę, spectandaque rebus
In summis minimisque, etiam cum piscis emetur,
Nec mullum cupias cum sit tibi gobio tantum
In loculis, quis enim te deficiente crumena
Et crescente gula manet exitus?
Talibus à Dominis post cuncta novissimus erit
Annulus, & digito mendicat Pollio nudo:
Non præmaturi cineres, nec funus acerbum,
Luxurię; sed morte magis metuenda senectus.
Cedere namque foro jam non tibi deterius quam
Esquilias a ferventi migrare Suburra.
Ille dolor solus patriam fugientibus, illa
Męstitia est, caruisse anno Circensibus uno:
Sanguinis in facie non hęret gutta: morantur
Pauci ridiculum & fugientem ex urbe pudorem.

&

——& odoris mala recentis
Nec metuenda tibi, ſiccatnm frigore poſtquam
Autumnum & crudi poſuere pericula ſucci:
Tales ergo cibi qualis domus atque ſupellex
—— ſuperbum
Convivam caveo qui me ſibi comparat, & res Deſpicit exiguas,
--- ingratos ante omnia pone ſodales.
Plebejos calices & paucis aſſibus emtos
Porriget incultus puer atque à frigore tutus.
Non capit has nugas humilis domus:
Namque ibi fortunę veniam damus, alea turpis,
Turpe & adulterium mediocribus; hęc tamen illi
Omnia cum faciant hilares nitidique vocantur.
Sed nunc dilatis averte negotia curis
Et gratam requiem dona tibi.
Protinus ante meum quicquid dolet ex velimen.

facere

facere hoc non poſſis quinque diebus
Continuis, quia ſunt talis quoque tędia vitæ:
Magna voluptates commendat rarior uſus.
quis audet
Argento præferre caput rebuſque ſalutem?
Non propter vitam faciunt patrimonia quidam,
Sed vitio cęci propter patrimonia vivunt.
Vivat Pacuvius quęſo, vel Neſtora totum:
Poſſideat quantum rapuit Nero, montibus aurum
Exęquet, nec amet quemquam nec ametur ab ullo.
Exemplo quodcunque malo committitur ipſi,
Diſplicet auctori prima eſt hęc ultio, quod ſe
Judice nemo nocens abſolvitur, improba quamvis
Gratia fallacis Prętoris vicerit urnam:
fla-

flagrantior æquo
Non debet dolor esse viri, nec vulnere major:
Nescis quas habeat veneres aliena pecunia:
Nescis quem tuam simplicitas risum vulgo moveat, cum
Exigis a quoquam ne pejeret, & putet ullis
Esse aliquod numen Templis aræque rubenti.
Quondam hoc indigenæ vivebant more.
Nunc si depositum non inficietur amicus;
Si reddat veterem cum tota ærugine follem,
Prodigiosa fides.
Tam facile & pronum est superos contemnere testes,
Si mortalis idem nemo sciat.
Multi committunt eadem diverso crimina fato:
Ille crucem pretium sceleris tulit, hic diadema,
Sic animum diræ trepidum formidine culpæ Confirmant. Nam

Nam cum magna malę ſupereſt audacia cauſę,
Creditur à multis fiducia.
Quandoquidem accepto claudenda eſt janua damno,
Et majore domus gemitu, majore tumultu
Planguntur nummi, quam funera, nemo dolorem
Fingit in hoc caſu, veſtem diducere ſummam,
Contentus vexare oculos humore coacto;
Ploratur lacrymis amiſſa pecunia veris.
Te nunc delitias extra communia cenſes
Ponendum, quia tu gallinæ filius albæ,
Nos viles pulli nati infelicibus ovis.
Rem pateris modicam & mediocri bile ferendam:
Si flectas oculos majora ad crimina
Humani generis mores tibi noſſe volenti,
Sufficiat una domus.

At

At vindicta bonum vita jucundius ipſa :
Nempe hoc indocti atque errores exuit omnes
Prima docens rectum ſapientia : quippe minuti
Semper & infirmi eſt animi exiguique voluptas, Ultio :
cur tamen hoc tu
Evaſiſſe putes, quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum.
Pęna autem vehemens & multo ſęvior illis
Quas aut Cæditius gravis invenit, aut Rhadamantus
Nocte dieque ſuum geſtare in pectore teſtem.
Perpetua anxietas, nec menſę tempore ceſſat,
Faucibus ut morbo, ſiccis, interque molares
Difficili creſcentecibo:
Hi ſunt qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent.

Quid

Quid enim ſperare nocentibus
ægris
Conceſſum ? vel quę non dignior ho-
ſtia vita ?
Cum ſcelus admittunt ſupereſt con-
ſtantia, quid fas
Atque nefas tandem incipiunt ſentire
peractis Criminibus :
Tamen ad mores natura recurrit
Damnatos , fixa & mutari neſcia :
Nam quis
Peccandi finem poſuit ſibi quando re-
cepit
Ejectum ſemel attrita de fronte ru-
borem ?
Quiſnam hominum eſt quem tu con-
tentum videris uno Flagitio ?
Sidamnoſa ſenem juvat alia , ludit &
hęres
Bullatus , parvoque eadem movet
arma fritillo.
Cupiet lauto cęnare paratu
Semper & à magna non degenerare
culina.
Velocius & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla do-
meſtica , magnis Cum

Cum ſubeant animos autoribus.
Dociles imitandis
Turpibus ac pravis omnes ſumus.
Et monſtrata diu veteris trahit orbita culpę.
Nil dictu fędum viſuque hęc limina tangat, Intra quę puer eſt.
Maxima debetur puero reverentia.
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans.
Spontè tamen juvenes imitantur, cętera ſolam
Inviti quoque avaritiam exercere jubentur.
Fallit enim vitium ſpecie virtutis & umbra,
Cum ſit triſte habitu, vultuque & veſte ſeverum.
Nec dubie tanquam frugi laudatur avarus.
Sed quo divitias hęc per tormenta coactus?
Cum furor dubius, cum ſit manifeſta phreneſis.
Ut locuples moriaris egenti vivere fato.

Interea pleno cum turget facculus ore,
Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit,
Et minus hanc optat qui non habet.
Et quot venales injuria fecerit agros
Dicere vix possis;
Inde fere scelerum causę, nec plura veneno
Miscuit, aut ferro grassatur sæpius ullum
Humanæ mentis vitium, quam sæva cupido
Indomiti census, nam dives qui fieri vult,
Et cito vult fieri: sed quę, reverentia legum!
Quis metus aut pudor est unquam properantis avari?
Ad scelus atque nefas quodcunque est purpura ducit.
Nec credas ponendum aliquid discriminis inter
Unguenta & Corium: lucri bonus est odor ex re Qualibet.
Unde habeas quęrit nemo, sed oportet habere.

Et qui per fraudes patrimonia conduplicare
Dat libertatem, totas effudit habenas
Curriculo.
Nemo ſatis credat, tantum delinquere, quantum
Permittas, adeò indulgens ſibi latius ipſi.
Non unus mentes agitat furor.
Tantis parta malis cura majore metuque
Servantur: miſera eſt magni cuſtodia cenſus.
Senſit Alexander, teſta cum vidit in illa
Magnum habitatorem, quanto felicior hic qui
Nil cuperet, quam qui totum ſibi poſceret orbem.
Nullum numen abeſt ſi ſit Prudentia, ſed te
Nos facimus Fortuna Deam: menſura tamen quę
Sufficiat cenſus, ſi quæ me conſulat, edam.

In quantum sitis atque fames & frigora poscunt,
Quantum Epicure tibi parvis suffecit in hortis.
Nunquam aliud Natura, aliud sapientia dicit.
Cum Deus intonuit, non se subducere nimbo,
Hoc demum pietas, hoc socialis amor
Pondus adest verbis,
grave & immutabile sanctis
Virtutibus, ille Fortunam domuit nunquamque levantibus alte
Intumuit rebus; sed mens circumflua luxu
Noverat intactum vitio servare vigorem.
„Hic non divitias nigrantibus abdidit antris,
„Nec tenebris damnavit opes; sed largior imbre
„Sueverat innumeras hominum ditare catervas:
Quippe velut denso currentia munera nimbo

,, Cernere semper erat; populus undare Penates:
,, Assiduos intrare inopes; remeare beatos.
,, Præceps illa manus fluvios superabat Iberos
Aurea dona vomens.
Spiritus est magnus quamvis sim corpore parvo.
Dum rapiant mala fata bonos, ignoscite fasso.
Sollicitor nullos esse putare Deos.
Sunt nobis nulla profecto.
Numina cum cæco rapiantur singula casu,
Mentimur regnare jovem: spectabit ab alto
Æthere Thessalica, cum teneat fulmina, clades?
Si vestro meritas penditis criminis pœnas,
Non culpa injustos rejicienda Deos,
Premit ultio noxas tum gravior cum sera venit:
Crescit enim occultè cum longo pœnareatu.
Et

Et ratio menſura boni, quam ſemper adhærens
Felici greſſu felix comitatur honeſtas
Et luxus populator opum, quem ſemper adhærens (ſtas.
Infelix humili greſſu comitatur Ege-
Curę quæ lacerant avidas inimico pectore mentes.
Inſolitum ſi quid labentia tempora promunt,
Hoc mirum mundus dicit, habetque novum.
Non eſt tam ſordida Divis
Cura, nec humanas fas eſt demittere in artes:
Sidera ſubducto regnant ſublimia mundo:
Toti Dominabere mundo ſi ſervire velis.
Si qua foret tellus quæ fulvum mitteret aurum, Hoſtis erat.
Dominoque parabat Exitium fæcundus ager: -- metuenda colonis.
Fertilitas
Inſtat terribilis vivis, morientibus hæres.

Congestæ cumulantur opes, orbisque ruinas Accipit una domus:
Longe erit à primo quisque secundus erit.
Acer Amor Deus est foetas domat ille leænas.
Pęnis & sanguine pasci Turpe ferumque putes. (stri.
Læti feris calidi spirarunt flatibus Au-
Solatia letho exitium commune dabit
Sensumque malis detraxerat usus.
Vera redit facies, adsimulata perit,
Grataque nobilium requies Lactuca ciborum.
Multa miser timeo, quia feci multa proterve,
Exemplique metu torqueor ipse mei.
Si judicas cognosce, si regnas jube.
Quisnam audet leges vibrato imponere ferro?
Inflammata semel nescit mitescere virtus.
Jam pone modum, nimiumq; secundis Parce Diis.
Festinat enim decurrere velox
Flosculus, angustæ miseræque brevissima vitę Portio. Ille

Ille etiam cæloque receptus.
Di precor hunc juvenem quem vos, nisi fallor, ab ipso
Æthere misistis, post longa reducite secla.
Ingenium cæleste suis velocius annis
Crescit, & ignavę fert male damna moræ.
Vox diversa sonat populorum est vox tamen una,
Quâ verus patriæ diceris esse Pater.
Naturamque simul fratremque hominemque cruentus Exuit,
Indue mente patrem.
Sed juvat ignotas semper transire per urbes
Scrutarique novum pelagus, ô totius & est Orbis in hospitio.
Jupiter est quodcunque vides, quodcunque movemur.
Pænamque luit formidine poenę: Qui nocuit.
O maxime rerum, & merito, Pietas homini tutissima virtus,
Sis pius in primis, nam cum vincamur in omni

Munere, ſola Deos ęquat clementia nobis.

Magna Dei pietas, ſemper qui temperat iram.

Dum peragit Vernum jovis inconſtantia tempus:

Veris enim dubitanda fides, modò fronte ſerena

Blandius arriſit, modò caligine nimbos intulit.

Tu ſi animo regeris, Rex es, ſi corpore, ſervus:

Impoſuit te alto fortuna locumque tueri

Juſſit, honoratum Livia perfer onus.

Ad te oculos aureſque trahis, tua facta notamus,

Nec vox miſſa poteſt Principis ore tege.

Fallaces ſemper curis torquentur amaris.

Conſcia mens ut cuique ſua eſt, ita concipit intra

Pectora pro meritis ſpemque metumque ſuis.

Qui ſe terrarum dedicat orbi, Eripit ipſe ſibi.

Ob-

Obvius ibat, fretus amicorum clypeo
Pro facile multis vox ſua lena fuit.
Rerum humanarum divinarumque poteſtas
Fors, cui nulla placet nimium ſecura poteſtas.
Non oculos, ſed ventrem paſcere veni.
Arcanum Natura caput non prodidit ulli
Conceſſoque capit vixiſſe colonus, quam Dominus rapto.
Qua ſtetero adverſis, hac nitar mente ſecundis.
Nec mala me vincent, nec bona me capient.
Dura ad opem Fortuna vocat: nam lęta fovere
Nequaquam magni eſt animi decus.
Secum petulans amentia certat,
Jamque oblita ſui nec ſobria divitiis mens.
immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.
Suprema pericula ſemper Dant veniam culpæ.

Quam

Quam, qui novit amat, qui non novere, verentur. --- Nulli commissa metallo
Forma Dei, mentes habitare & pectora gaudet.
Quæ uunquam nocitura, timentur jurgia.
Avari inter opes inopes, & sic quasi Tantalus ille
Inter aquas sitiunt, nec habent quod habere videntur.
Per varios usus artem experientia fecit,
Exemplo monstrante viam.
Achilles
Omnia formosam propter Briseida passus.
Clausos acuunt extrema pericli,
Et fractis rebus violentior ultima Virtus.
Virtus Scipiadæ & mitis Sapientia Lęli.
Non mihi saxa loqui vanus persuadeat horror.
Nomen amicitiæ si, quatenus expedit, hæret.

Cal-

Calculus in tabula mobile ducit opus.
Iratus rege te; Sic nobilis ira Leonis
In ſibi proſtratos ſe negat eſſe feram.
Sed current albuſque dies, horæque ſerenę.
Laudibus, amiſſi cogor lacrimare parentis,
Fluxerunt madidis gaudia męſta genis.
Divum Domus Aurea Roma.
Et piſcem tremulâ ſalientem ducere ſeta.
Totoſque infuſa per artus
Major in exiguo regnabat corpore Virtus.
Tota domus duo ſunt, iidem parentque jubentque.
Tecum unà tota eſt noſtra ſepulta Domus.
Legibus omne reductis,
His aderit, moremque fori, vultumque priorem
Reddet, & adflictum melior Deus auferet ęvum.
Arboribus ſuis horror ineſt
Horrentique atrum nemus imminet umbrâ.

Cæ-

Cælestia pectora sanè Nil transire potest,
Quis enim divinum fallere pectus Posset?
Ista canat, majore Deo, quem Delfica laurus Impulit.
Memtemque priorem
Expulit, atque hominem toto sibi cedere jussit Pectore.
Imperii salvâ si Majestate liceret, Volverer ante pedes.
Forma dies Vitę, nox mortis imago.
Rebus in adversis quæ jacuere juvant.
O quantum est subitis casibus ingenium!
Vitę cui causa voluptas, elumbem mollire animum.
Pingit lacteolas purpura grata genas.
Illis cura sui vultus frontisque decoræ
Semper erit, tortosque in flexum ponere crines,
Magna Dei Pietas semper qui continet iram.
Quo vobis mentes, rectè quę stare solebant,
Quod mihi detractum est vestros accresat ad annos,

Prole meâ Paulum ſic juvat eſſe ſenem.
Profecit poto Mithridates ſępe veneno,
Toxica ne poſſent ſęva nocere ſibi.
Majus erat potuiſſe tamen, nec velle Triumphos:
Major res magnis abſtinuiſſe fuit.

## DEUS.

Principium Deus ipſum: in Principio Deus ipſo; (prius.
Et poſt Principium, Principioque
Principium ſine Principio eſt, à Principio iſto
Principium capiunt omnia Principia.
Diſperſus toto licet infinitus in orbe
Sit Deus, in toto quęritur orbe Deus.
Omnia cum videat, nulli Deus ipſe videtur,
Solus ubique patet, ſolus ubique latet.
*Venit* in hunc mundum, *vidit* mortalia, *Vicit*
Mortem, & ad ſuperos in ſua Regnâ redit.

Ut

Ut semper veniunt ad candida tecta columbę,
Ingreditur sanctus candida corda Deus.
† Christum tulit, atque Crucem Christus tulit, & sic
Pro nobis illum Crux tulit, ille Crucem.
Erranti, pereunti, ęgro; via, vita salusque,
Mors Mortis pendens in Cruce, cruxque crucis.
Pharmaca sunt potius quam vulnera, vulnera Christi:
Curat enim plagis vulnera nostra suis.
Sponsa Dei, Patrisque parens & Filia Filî
Virgo, nec absque Viro, Mater at absque Viro.
Virgo Beata licet communi voce voceris,
Inter mulieres es benedicta magis.
Nil mihi prodesses si tantum Virgo fuisses,
Quantum at profueras, O quia Mater eras.
Nos Ratio docet esse Deum, cogitque fateri,
Hac

Hac ratione fides eſt Rationis opus.
-In verbis nunc hęret Amor, non
rebus, ut olim,
Penditur à ſenſu non ratione fides:
In caput aſcendit, quondam quæ in
pectore ſedit
Relligio: Cerebri eſt quę modo cor-
dis erat.
-Non tibi tanta fides facere ut mira-
cula poſſis,
Tanta nec, ut poſſis credere facta,
fides.
-Nil ſenſus ratione carens; Ratio fidei
expers:
Nil ſine Amore Fides, nil Amor abſ-
que Deo.
-Speraret nemo Cœlos, ſi nemo ti-
meret
Tartara, prudenti ſpem facit ipſe
Metus:
-Qui dubitat non errat, adhuc in
utrumque paratus,
Error opinando, non dubitando,
venit.
Lex & Relligio junxerunt fœdera,
pravas

Hæc hominum mentes comprimit, illa manus.
Et latro & cautus præcingitur ense viator,
Scripturam Hęretici Catholicique legunt,
* Omnis nostra Fides pendet ab Historia.
-Unus Amor : Præcepta Decem : Spes unica : Vota
Sunt septem : Articuli sex bis, at una Fides.
* Optima det tibi *Velle* Deus, Verissima *scire* :
Hæc cuicunque dedit ; Maxima *posse* dabit.
* Ut nulli nocuisse velis imitare columbam,
Serpentem ut possit nemo nocere tibi
* In lecto tua vota facis, resupinus adoras :
Quid mirum ignavas Marce perire preces ?
Orantis, quasi non orantis, inania Verba
Sic audit, quasi non audiat, illa Deus.
* In-

Instituere Patres nostri jejunia sanè,
Ut caro Spiritui pareat, ille Deo:
Tu semper plenâ servas jejunia mensâ,
Spiritus ut carni serviat illa tibi.
* Est Charitas perfectus Amor, perfectaque Virtu*
Qua sine perfectum nil reperire potes.
-Nullum majus erit lucrum quam pascere egenos:
Fænore nam grandi centupla dona feres.
-Quas Christi causa miseris donabis egenis,
In cœlo æternas conciliabis opes.
-Munera si gratis dederis, si lætus Amicis,
Tollet divitias has tibi nulla dies.
-Munera ne numera miseris quæcunque dedisti,
In cœlis numerat, munerat illa Deus.
-Vir justus dat cuique suum, sed te dare oportet
Divitibusque suum, pauperibusque tuum.

--Exem-

--Exemplo virtus bene diſcitur atque docetur,
Qui dare mi ſuadet, pauperibus ſua det.

-Bella parens Virtus, virtus ab ſcondita bella,
Et fruſtrà quæ ſunt, eſſe negare potes.

-Improbitas tanti, Probitas tam denique parvi
Penditur, ut probrum pænè ſit eſſe probum.

-Deſperanda ſalus, qui verum audire recuſat,
Inque ſuum præceps labitur exitium,
Si quicquid rarum carum eſt, preciumque meretur:
Crede mihi res eſt, vir, pretioſa, bonus.

*Nuda Sacerdotis docti, bene *credere* inertem
Verba docent populum, *Vivere* Vita docet.
Ut decuit docuit, qui re ſua verba probavit:
Plus malefacta nocent, quam benefacta docent

*Una

*Una ſacerdotis manus accipit, altera condit,
Tertia ſi fuerit, tum dare promtus erit
* Commune eſt vitium, tamen eſt nil carius illo:
Res vilis Virtus rara ſit uſque licet.
* Gallinas pingues, perdices & Phaſianos, (hil:
Divitibus mittis, pauperibuſque ni-
Mittere perſonæ vis convenientia cuique,
Mitte cibos miſeris, divitibuſque famem,
-Munera divitibus non dat, ne dando rogaret;
Pauperibus donat, nil, quia pauper Olus:
Exſpectans meliora datis dat munera Quintus,
Quodque verebatur poſcere, dando petit:
-Accipere humanum eſt inopi donare Deorum,
Nunquam tam paucos credo fuiſſe Deos.
-Donat ut accipiat, non accipit ut det avarus:

Accipere est illi meta, sagitta dare.
-Magnus Amor tuus est si multum hoc tempore dones,
Si multum credas, est tua magna fides.
-Quo cui plus dederis, magis hoc tibi fiet amicus,
Quo plus credideris hoc magis hostis erit.
-Munera magna quidem misit, sed misit in hamo,
Et piscatorem piscis amare potest.
-Quæ fuit à Domino promissa *petentibus* olim
Gratia, nunc solum dantibus illa datur
Dant homines hodie gratis nihil, omnia gratis.
Ex nihilo nihil fit: da, dabiturque tibi.
Est homo qui locuples inopi, nil donat amico.
Qui rapit hic lupus est, qui dabit ille Deus.
* Divitias Cleri peperit devotio vulgi,
Degenerem prolem, relligiosa parens.
* Imperium gladio, sed opes sub clave tenentur, Di-

Ditior eſt Paulo ſcilicet, inde Petrus
Eſſe inopem Divum, ſua dicit epiſtola, Paulum,
Hoc ſanctus de ſe nullibi Petrus ait.
* Virtutem Genii duo ſemper in Orbe ſequuntur.
Hic bonus, ille malus; Gloria & invidia.
* Divitiis plerunque caret bonus, intus abundans,
Ingenio fortis Vir, ſapienſque fide.
* Scit ſapiens, vult cuique ſuum jus reddere juſtus,
Qui facere hoc audet, fortis habendus erit.
Trita magis juris, quam juſtitiæ via, quanquam
Juris iter longum juſtitiæque breve eſt.
* Si judex tibi ſurdus erit, deſertus abibis,
Et fruſtra, amiſſa lite, diſertus eris.
-Qui caret argento fruſtra utitur argumento,
Qui dare ſcit, non qui dicere, Rhetor erit.

-Ju-

-Judicibus plus quam juri ſtuduiſſe memento,
Hos tibi quam leges conciliato prius.
Miraris clauſę quod ſint tibi judicis aures,
Cum tua judicibus non ſit aperta manus:
-Cum reus eſt dives Prætorem nactus avarum,
Quid non ſperabit poſſe licere ſibi?
-Fungitur officio rarus ſine munere judex.
Cur? niſi quod ſanctum munere munus emit.
Conſuetudo & mos vim legis habere videntur.
Improbitas hodie vim quoque legis habet.
* Qui pro juſtitia poſcit ſibi munera judex,
Eſt ſimilis piſci, quando capit capitur.
* Non eſt dignus equo cui carior eſt equus ęquo:
Haud ideo gaudebis equo ſi feceris æquum:

Æquum

Æquum qui faciunt his male currit equus.
Æqui hostes vectantur equis, pedes ambulat æquus,
Ergo sperne æquum, ne tibi desit equus.
* Non equus ad cælos generosum Castora vexit,
Nec puto Triptolemon currus in astra tulit.
Semita cælorum est angusta, pedestribus apta,
Ambulat in lata currus equusque via.
* Legem ne violet Vis, adversaria juris
Maxima, justitiam callida jura premant.
Jure tibi in leges permissa potentia, summum
Intra *Cancellos* jus cohibere suos.
Lex sine Rege velut lumen sine sole fuisset,
Rex sine Lege, velut Sol sine luce foret:
Grex Regem primò legit, Rex cum Grege Legem

Con-

Condidit, hinc Legem Rex regit atque Gregem.

*In mundo nil constat, in orbem vertitur orbis,
Quid mirum, recti quod sit in orbe nihil?
Lis genuit leges, legum lis filia, vivi
Non sine lite solet, nec sine lege potest.

* Sis bonus anne malus, quid refert Paule? premuntur
Jure mali quasi vi: vi quasi jure boni.
Tutus ubique manes si calliditate valebis,
Non est simplicitas digna favore magis.
Primum est esse suum, tamen hoc cui fata negarunt.
Alterius non sit, qui suas esse potest.

*Theologi ambigui, Juristæ lenti & iniqui,
Immundi medici, Mundus ab his regitur.
Theologis animam subjecit lapsus Adami,
Et corpus medicis, & bona Juridicis.

Ægro-

- Ægrotant Medici, fraudantur Jure-
periti.
Descendunt multi in Tartara Theo-
logi.
Immodicus Medicus, Legiſtaque vi-
vit ut exlex,
Quid ſunt Theologi? nil niſi Thejo-
logi.
-Theologus ſapiens ſit, ut omnibus
omnia fiat,
Juridicus prudens ſit, Medicuſque
ſciens.
-Integra Cauſidico narranda eſt cauſa
perito,
Et Medico morbus; crimina Theo-
logo:
Qui vis fortunas, animam corpuſque
tueri,
His tribus in vita diſſimulato nihil.
* Theologi certant & adhuc ſub
judice lis eſt,
O utinam lis ſub judice tota foret.
* Theologi certant & adhuc de judi-
ce lis eſt.
O utinam lis de judice ſola foret:
Tanta vel in nobis utinam lis eſſet A-
moris,

 Quan-

Quantus, in hoc lacero tempore, litis amor
* Juris-consultorum idem status ac Medicorum est,
Damna quibus licito sunt aliena lucro:
Hi morbis ægrorum, agrorum litibus illi
Dant patienter opem, dum potiantur opum
Legista medicus sunt juris uterque periti:
Hic ægros alter jure tuetur agros.
Jus dare cuique suum didicit Legista clienti,
Ægroto Medicus jus dare cuique suum.
Jus Legistarum quid differat à Medicorum,
Iure rogas? Siccum est illud; at hoc liquidum.
Ille vafer nisi sit, nisi sit temerarius alter,
Se mendicato pascet uterque cibo.
Ulceribus Galene vales tantummodo nostris,
Stul-

Stultitia noſtra Juſtiniane ſapis.
*Incidit in Scyllam cupiens evitare Charybdin,
Qui morbum fugiens incidit in medicum.
Stulti dum vitant vitia, in contraria currunt,
Qui litem fugiunt, cauſidicumque petunt.
*Qui modo veniſti noſtram mendicus in urbem,
Paulum mutato nomine fis medicus:
Pharmaca das ægroto, aurum tibi porrigit ęger,
Tu morbum curas illius, ille tuum.
Accipit oblatum Medicus, dare non ſolet aurum:
Pharmaca dat medicus, non ſolet accipere.
*Ordonner* medicos, ægros *or donner* oportet,
Alterius ſic res altera, poſcit opem.
Juriſconſultos multos injuria ditat.
* Rikkius ingentes jure paravit opes.
-Juriſprudentes prudentes jure vocantur,
Tam bene cum ſtudeant provideantque ſibi.

-Ipſe tibi cauſas dicis non Marce
clienti,
Qui tibi Trajectum non ſibi portat
opes:
ti:
Certa tibi lex eſt, lis eſt incerta clien-
Tu lucri, damni certus at ille ſui.
-Cantabunt reduces coram latrone
clientes:
Semper enim vacuus currit ab urbe
cliens.
-Ne ſiccus volvente rota crepet ungi-
tur axis,
Cauſidicum mos eſt ungere ne taceat.
-Pontice cauſidico nil porrigis, iſta
chyragra eſt,
Ille pedem pro te non movet, hæc
podagra eſt.
* Cauſificus ſi non eſſes liteſque crea-
res,
Cauſidicus quanquam ſis morerêre
fame.
-Terminus eſt nullus tibi, nulla va-
catio lucri,
Totus enim lucro litigiiſque vacas.
Cauſę perduntur quæ paupertate re-
guntur.

Quæ-

Quęlibet abſcindi pars corporis ægra jubetur,
Excipiunt Medici, Theologique caput.
Pragmaticus vir blandiloquus, nullius amicus,
Cum tibi dicit ave, ſic ut ab hoſte cave.
-Reges belligerant, faciunt & foedera Reges;
Eſt aliquid ſera denique pace frui.
-Presbiteri certant, atque immortalia nectunt
Jurgia, litigiis non poſuere modum.
Unde, venedatæ levis inclementia linguæ;
Et quam ſit calamus ſævior enſe, patet.
* Provocat ad facinus dum ſævit iniqua poteſtas,
Et ſibi ſubjectos non ſinit eſſe pios.
O quanta exempli generoſo in Principe Vis eſt.
Tu vitando vetas, tu faciendo jubes.
Princeps principium motus, Rex regula vitę,

Orbis circumfert omnia, Rex populum.
A tenero ungue sequi Regum sublimia castra
Perplacet, at non sic itur ad astra tamen.
-Insipiens Aulam quisquis sectatur ob ollam,
Concoctu duros continet illa cibos.
Vana Palatinos quos educat Aula clientes,
Dicitur auratis nectere compedibus:
Scilicet est aliquid generoso carcere claudi,
Et juvat aurata compede posse frui.
Vita quid est aliud nisi scena? aut ludere disce
Curis sepositis, aut cruciare miser.
-Dulcis inexpertis cultura potentis amici:
Expertus metuit, propriaque arva colit.
-Mobile mutatur semper cum Principe vulgus:
Semper habet comitem vis metuenda metum.

-Esto

-Esto quod es, quod sunt alii sine quemlibet esse.
Quod non es nolis, quod potes esse velis.
Tecum nil mihi sit gens Aulica, docta rogare,
Cum das parca satis, prodiga quando petis.
Omnia te adversum spectantia, nulla retrorsum
Munera me terrent ut nihil inde petam.
-Aula suos retinet mores sit parva sit ampla:
Quo major tamen est, hoc violenta magis.
Vi Proceres supplent cum verba probantia desunt,
Textaque cum debent solvere crura, legant.
Quisquis in ambigua se non accommodat Aula,
Omnibus ingeniis non habet ingenium:
-Dissimula simula quoties occasio poscit:

Moribus ut morem temporibusque geras.
Temporibus si rite sapis servire memento
Omnibus, ut tempus serviat omne tibi.
-Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figurę,
Qui sapit innumeris moribus, aptus erit.
-Nemo gradus nisi per plures ascendit in Aula,
Ad descendendum plus satis unus erit
-Et quamvis soli possint prodesse Potentes,
Non prosunt potius, plurimum obesse solent.
Nulla fides unquam miseros elegit amicos,
Et cum fortuna statque caditque fides.
Est ablativo melior Theodore Dativus:
Dives, & accipiens munera dante minor;
Heu nimium crebro nunc Ablativus in usu est.

In precio rursum quando Dativus erit
-Si Bonus es melior, non major tempore fies,
Si Magnus major, tempore, non Melior.
-Cuncta trahunt ad se magnates aurea, sicut
Ad se Magnetes ferrea cuncta trahunt.
-Influit in fiscum collecta pecunia, sicut
Undique flumineas imbibit æquor aquas:
Effluit ex fisco dispersa pecunia, sicut
Æquoris in fontes versa recurrit aqua.
Necdum fluminibus saturæ sunt ęquoris undę,
Nec jugis fontes evacuantur aquę:
-Ut visco capiuntur aves (Fiscus quasi Viscus
Dicitur) à fisco sic capiuntur opes
-Pompejanus ero si vicerit omnia Magnus;
Omnia si Cæsar, Cæsarianus ero.
-Parcite Natales timidi numerae Deorum.

Cæsaribns Virtus contigit ante diem.
-Ante annos scivisse nocet, nam plurima virtus
Persuasit morti ut crederet esse senem.
-Ingeniosus at insipiens est absque cibo sal?
Doctus in Urbanis quid? cibus absque sale.
Disce bonas artes moneo generosa juventus,
Non tantum trepidos ut tueare reos:
Quam populus, judexque gravis, Lectusque Senatus,
Tam dabit eloquio victa puella manus.
Sit procul omne nefas, ut ameris amabilis esto,
Ingenii dotes corporis adde bonis:
Este procul lites & amarę prælia lingue,
Dulcibus est verbis mollis alendus amor:
Blanditias affer, auresque juvantia verba,
Asperitas odium sęvaque bella movet. -Nec

-Nec tibi conveniet cunctos modus
unus ad annos,
Longius insidias curva videbit anus.
Si doctus videare rudi, petulansve
pudenti,
Diffidet miseræ protinus illa sibi.
Parva leves capiunt animos, fuit utile multis
Pulvinum facili composuisse manu.
-Mens erit apta capi tunc cum lętissima rerum
Ut seges pingui luxuriabit humo.
Pectora dum gaudent, nec sunt adstricta dolore, (Venus.
Ipsa patent: blanda tum subit arte
-Ludimus incauti studioque aperimur ab ipso, (patent.
Nudaque per lusus, pectora nostra
Vinum vera vetus promit, miseria
prodit: (patent.
Sicca latent hominem pectora, pota
-Vinum cor aperit, renes Rhenensia
vina
Scrutantur: Bacchum quis neget
esse Deum? (votum?
-Cur Regis sapientis erat sapientia

Optaſſet Salomon, ſi ſapuiſſet, opes.
Non optavit opes Salomon, ſapientius optat,
Nam ſapere optavit: cur? quia non ſapuit.
-Credulitas error potius quam culpa videtur:
Eſt error nimium credere, culpa parum.
-Qui cito crediderit falletur ſæpe, leviſque
Eſt cordis: raro fallitur arte ſenex.
-Qui cuivis quidvis credit, male creditur illi,
Quo credis mihi plus, hoc tibi credo minus.
-Tu credis nullis, omnes tibi Firmice credunt,
Omnibus Aule ſoles credere, nemo tibi.
Fide parum, multumque vide, nam fidere multum
Et vidiſſe parum maxima damna parit,
Fide, ſed abſque vide nulli jam fidere tutum,

Ante retroque vide ne capiare fide.
-Credendo, vanis didici non credere verbis,
Spes desperantem me mea falsa facit.
Nil temere facias, timide nihil, omnia caute,
Cuncta cito, sero nil, subitoque nihil.
-Omnia despera prudenter, & omnia spera.
Fortiter, ut caveas omnia, nil metuas.
-Natura es timidus? fortem Prudentia reddet,
Nemo cavenda timet, qui metuenda cavet.
-Præteriti spes nulla manet, spes sola futuri:
Res abeunt sine spe, spes redeunt sine re
Dum nos prȩteriti dolor angit, cura futuri,
Bellua quod prȩsens est capit, illa sapit.
-Dum mortem vitare studet vitamque tueri,
Se toto vitȩ tempore torquet homo:
Bruta bonis fruitur prȩsentis bestia vitȩ,
Dum

Dum vivit, vivit: cum moritur, moritur:
-Cogimur à gratis animum ſuſpendere rebus,
Atque ut vivamus vivere deſinimus.
-Naturæ linguam corrupta ſcientia neſcit,
Naturę voces Lexica nulla notant:
Senſa figurato promit ſermone colonus,
Geſtit & urbano ruſticus ore loqui:
Vita quoque ornatur variis, ſic lingua, figuris,
Tota figurata eſt, vivimus ut loquimur.
Quod bene fit, male fit, nimium ſi fiat aperte.
Occultè dum fit; quod male fit, bene fit.
Non peccat quicunque poteſt peccaſſe negare,
Solaque famoſum culpa profeſſa facit.
-Prudentis caviſſe viri eſt, mala, ferreque fortis;
Ut mala non metuat iſte, nec ille ferat.
-Qui

-Qui rerum novit causas, ac tempora servat,
Temperat affectus, ordinat acta, sapit
-Fata regunt fatuos, sapiens dominabitur astris,
Non fatum, at fato se regit ipse suo.
-Angelus est nimium felix, quia corporis expers,
Bruta nec infelix bellua mente carens.
Solus homo miser est; ita mente & corpore constat,
Sentiat ut fragilem se, miserumque sciat.
Scilicet omnis homo (Menedemi nam sumus omnes)
Se ratione angit, non ratione regit.
-Seu res presentes considero sive futuras,
Nemo hominum magis est te, Damiane, miser.
Improbus es, nil te seclum juvat ergo futurum:
Stultus es, hoc seclum te juvat ergo nihil.
-Gignit iners Natura homines, homo condidit artes,

Ars opus est hominis. non opus artis homo.
Nemo Ducem sequitur naturam, vivitu rarte.
Factus homo est operis nunc opus ipse sui.
-Non te dicentis moveat reverentia, sed quid
Dixerit attendas, qua ratione probet.
Nulla mala est fortuna, sed ęqua & omnibus una,
Spem dat pauperibus, divitibusque metum.
O Res fallaces potius, spes vero fideles,
Quę vel ad extremum nos comitantur iter.
Quid mirum fortuna tibi contraria quod sit?
Crinita est illi frons, sine calva tibi.
Sola dolenda reor pręsentia damna: dolemus
Pręterita? heu nimium sero: futura? cito:
Gaudia post luctus veniunt, post gaudia luctus,
Sem-

Semper in ambiguo (ſpeve metuve) ſumus
Inconſtans fortuna breves mutatur in horas,
Naſcitur inde mihi Spes, Metus unde tibi:
-Semper ſollicitus fuit Irus: cur? quia pauper:
Nec tu Batho minus: cur? quia dives eras.
-Dives ſit an pauper non eſt mihi dicere promtum,
Qui ſpes infido credit opeſve mari:
Rem decoxit iners Chymicus, dum decoquit aurum,
Et bona dilapidat omnia pro lapide.
-Ingenii Franciſce tui vigor igneus: unde
Colligis hoc inquit? naſcitur igne nihil.
-Ingenium ſcis quid valeat, quid Pontice virtus,
Si rerum ſcitur verus egendo valor.
-Captivum Line te tenet ignorantia duplex,
Scis nihil, & neſcis te quoque ſcire nihil.

-Est tibi librorum Line copia, doctior esses
Si tibi librarum copia tanta foret.
-Se solum Lubbertus amat, miratur, adorat:
Non modò se solum, se quoque solus amat.
-Simpliciter pateat vitium fortasse pusillum:
Quod tegitur majus creditur esse malum.
-Regem sponte tibi venientem suscipe mitem,
Si non suscipies, experiere gravem.
-Rarus amatur Amans, ut ameris amabilis esto
Omnibus; à nulla vis ut ameris? ama.
Indotata viro locupleti nubere quęris
Fannia? paupertas irrita vota facit:
Sis ortu generosa licet, speciosaque vultu,
Sordidus externas ambit amator opes
Prima Categorias inter *Substantia* sola
Plus in amore potest, quam *Genus* & *species*.

* Con-

* Conjugium humanæ quædam eſt
  Academia vitæ,
In qua nemo ſatis ſe dediciſſe putet.
-Spes incerta, timor conſtans, fugi-
  tiva voluptas,
Gaudia mæſta, dolor dulcis, amarus
  Amor: (voluptas,
Libertas, Carcer, pax, pugna dolenda
Spes metuens, mel, fel, ſeria, lu-
  dus, Amor.
-Principium dulce eſt, at finis Amo-
  ris amarus, (let.
Læta venire Venus, tr ſtis abire ſo-
Omnis ad extremum properet licet
  actio finem,
Oderunt finem Vita venuſque ſuum.
Flumina quæſitum ſic in mare dulcia
  currunt.
Poſtquam guſtarunt æquora amara
  fluunt. (autem
-Virginitas anguſta via eſt, via latior
Conjugis, hinc plures ingrediuntur
  eam.
-Conjugio eſſe jugum non intoleran-
  tius ullum,
Nil aliud toto clamat Alcida die;

Poſt

Poſt tot clamores & jurgia, nocte fatetur
Conjugio nullum ſuavius eſſe jugum.
-Ducentem ad cœlos Theodorus, conjuge ducta,
Credidit anguſtam ſe reperiſſe viam.
Eſſe videbatur Theodoro quę via cœli
Duxit ad infernum,nam via lata fuit.
-Quiſquis in uxorem cecidit, deſcendit in orcum,
Rite inverſa ſonant ucſor & orcus idem.
„ In muliere Vir eſt ut in orco Beelzebub : ergo
Infernum ſi ſit fœmina, vir Satan eſt.
-Quę mala ſint hominum rebus tria maxima ſcire
Quæris ? habes paucis, fœmina, flamma, fretum.
-Fœmina molle genus turpes proclivis ad actus
Ni Vir prohibeat, ni pudor atque (metus:
Incautam ſerpens fallit, non fallitur, Evam,
Fallitur, haud fallit, conjuge captus Adam :
Acti-

Activus muliebris erat, passivus & error.
Fallitur & fallit fœmina, capta capit.
-Terque quaterque die justus cadit, ut lego scriptum,
At quoties, scriptum non lego, justa cadit?
-Vincitur nisi lingua prius, non vincitur uxor,
Uxorem solus qui super-it, superat.
-Debitor uxoris quis non, solvendo quis autem?
Uxori solidum solvere nemo potest.
-Inferior matrona suo sit, Prisce, marito,
Non aliter fuerint fœmina virque pares.
-Imperet ipsa nihil, quidvis tamen impetret uxor,
Utere nec serva conjuge, nec Domina.
-Arrius antiquos referens ab origine mores
Conjugis inclusæ, vir dominusque suæ,
Scilicet hoc præstat mulieri, quod Deus Evæ
Dixe-

Dixerat: ærumnas multiplicabo tuas:
-Præceptum observat Paulinum in conjuge Cotta,
Cotta habet uxorem sic quasi non habeat.
-Quisque suo bibit in vitro, mos utilis hic est, (est.
Ex quo contentus conjuge nemo sua
-Nodus amicitiæ rumpendus propter Amorem,
Propter amicitiam non violandus Amor:
-Objectum nostri, dum Lux est, Tullia visus,
Subjectum, cum nox venit, Amoris erit.
-Uxorem quod non habeat cruciatur Alardus,
-Uxorem quod habes Pontiliane doles:
-Ducturum uxorem memini te Jan... minatum,
Ebrius uxorem ducere nemo potest.
Uxori nubas potius, quę sobria potum
Ducere te noctu possit ab urbe domum. -Apta

-Apta Duci non eſt uxor non aptaque
Regi,
Quæ duci non eſt apta nec apta regi.
-Clavum in puppe tenet, ac te tua
ſcapha gubernat,
Quæ gerit, hæc eadem te tua ſcapha
regit.
-Vox eadem Gerere & Regere eſt,
omenque notandum (rum.
Ut regat uxorem Vir, gerat illa vi-
-Senſu intacta caret Virgo, cum nup-
ta maritum (caret.
Senſit, habet ſenſum ſed ratione
-Sępe quieſcit ager non ſemper aran-
dus, at uxor
Eſt ager, aſſiduo vult tamen illa coli.
-Spiritus eſt carus nobis, hinc carus
amicus,
Cara viro conjux, cur? quia cara Caro.
-Plurimus in cœlis amor eſt, connu-
bia nulla,
Conjugia in terris plurima, nullus
amor:
-Prima tibi Clotho, Lacheſis fuit al-
tera conjux,
Atropos eſt vitę tertia nupta tuę.

-Sam-

-Samſonem rigidis ſpoliavit crinibus
uxor : (lilę.
Hoc noſtro multę tempore ſunt Da-
In promtu ſemper ſtrictum Batho
non habet enſem, (bet.
In promtu palmam Cęlia ſemper ha-
Judicat ex mento non mente puella
maritum, (na placet.
Non mens, at Sponſę mentula mag-
Pungi quam pingi mavult Venus im-
proba, ſemper
Peniculo penem prętulit alma Venus.
Uxorem jam ſane ſenex vis ducere ?
doctam (ticam:
Lithocomi noſtri conſulę Gramma-
Illic invenies indeclinabile cornu,
Hunc ſcopulum pauci præteriere ſe-
nes. (te ſacerdos?
Vis ſit adulterium non dignum mor-
Haud mirum conjunx eſt tibi nulla,
ſapis. (miniſter,
Vis ut adulterium plectatur morte
Haud mirum conjux eſt tibi bella,
ſapis. (lam,
Ægre formoſam poteris ſervare puel-
Nunc prece, nunc auro, forma pe-
tita ruit. Nemo

Nemo ſua certus de conjuge, præter Adamum,
Deque ſuo nemo conjuge, præter Evam.
Conjugibus, miſero præſertim (in amore) marito,
Solari ſuper eſt quid, niſi ſola fides?
*Primo infida viro, Suſanna, infida ſecundo
Toto inter regni tempore, caſta fuit,
Cuncta metu famæ plus quam formidine culpæ,
Fructifero metuens credere ſemen agro.
Multus eã peteret licet importunus amator
Conceſſit nulli, ſede vacante, locum.
Hanc ego mî uxorẽ duxi, tulit alter amorẽ.
Sic vos non vobis mellificatis apes;
„ Hos ego filiolos feci, tulit alter honores,
Sic vos non vobis nidificatis aves.
Audi, cerne, tace, cui publica contigit uxor,
Hæc tria præcipue verba notanda tibi:
Uſuris vir, Clara tuus, tu corporis uſu,
Vir Victum quærit fænore, tu femore.
Cervus, uti perhibent, mutat ramoſa quotannis
Cornua, quotidie Vir Galathea tuus.
Si Natura daret tibi cornua tollere poſſes;
Quod tibi nupta dedit tollere nemo poteſt.
Corpore cum quæſtum faciat Cornelia, (punctum
(Utile nam dulci miſcuit) omne tulit.

Dissimiles licet inter se tibi sint duo nati,
Est similis Patri natus uterque suo.
-Si quando sacra jura tori violaverit uxor,
Cur gerit immeritus cornua vir? caput est.
Uxoris crimen scriptum est in fronte mariti,
Vir tamen est calamus, fœmina charta Viri.
-Gellia materiæ res una simillima primæ,
Hæc omnes formas appetit, illa mares:
Gellia die sodes multis cur prodiga præstat
Uni promissam remque fidemque viro?
Mos Vetus est, & adhuc nostra servatur in
Aula,
Pluribus ut pateat clavibus una sera.
-Natura est paucis contenta, Sabina, sed hoc
Natura dictum non reor esse tuâ. (de
-Induit, uxoris pertæsus, Cotta cucullum,
Ut mundo moriens exueret cuculum.
-Deseris uxorem; quo jure relinquitur? ante
Conjugium à multis tacta probatur; ais:
Conjugium præ-contractus jure, haud nego,
frangit,
At præ contactus, Pollio, non dirimit,
-Rusticus est nimium quem lædit adulter
conjunx.
Et notos mores non satis urbis habet.
Quid tibi formosa, si non nisi casta place-
bat?
Non possunt ullis ista coire modis.
Si sapis indulge Dominæ, vultusque severos
Exue

Exue, nec rigidi jura tuere viri;
Et cole quos dederit, multos dabit, uxór amicos,
Gratia ſic minimo magna labore venit.
Sic poteris juvenum convivia ſemper inire,
Et quæ non tuleris multa videre domi.
Atqui dulce magis reſoluto vivere collo,
Nullaque conjugii vincula grata pati.
Afficit inſipidum quaſi fabula te ſinus Abræ,
Malles in Saræ tu recubare ſinu: (lus.
Non male militibus meretrices contulit Au-
Mars locat armatum corpus, inerme Venus.
Se Venus ac Mavors communicat omnibus æque
Hoſtis communis Mars, & Amica Venus:
-Judice me rudis eſt artem qui tradit amandi,
Naturæ ſcopus eſt non opus artis amor.
Una triſyllaba vox inter celebratur amantes,
Quam unis quiſque ſua vult ab amante dari:
Syllaba prima data eſt: reliquæ ſine lite dabuntur:
Quæ dedit *os-culum*, non minùs illa dabit.
-Phyllis amica capi noſtro ſe carmine fingit:
Carmen amat, carnem ſed mage Phyllis amat.
-Exiles alii formas gratileſque ſequantur:
Carnis ad officium, carnea membra volo.
-Clara tua ſi quis de relligione requirat,

Nil nisi Apostolicum Catholicumq; crepas,
Catholicum in cunctos fateor profiteris amorem,
In te Catholicam, Clara, requiro fidem.
-Dicere si sacris pretiũ, est Simonia, rebus,
Et rem divinam mercis habere loco;
Tu Simoniaca es vere, quæ vendis Amorẽ,
Gellia, nam res est spiritualis Amor.
-Basia Clara aliis dare non vis, at data sumis;
Nimirum scis hæc accipiendo dari.
* Res tibi in immensum quam parvo tempore crevit, (duos.
O mega nunc, annos O mikron ante
-Sata via est, & trita via est quæ ducit ad Orcum,
Invenit hoc etiam, se duce, cæcus iter.
-Gallica virginitas parvarum est propria Virtus,
Virginis hic titulum sola pusilla gerit:
-Quæ pictas geritis facies, vos jure potestis
Dicere cum Flacco, Pulvis & umbra sumus.
-Vix aliquis felix iter ingredietur amoris,
Lascivæ addictus qui nimis est Veneri.
Exsugit peras, exsugit amasia corda,
Stultus cui duplici sanguine Venit Amor.
-I pudor in silvas urbs est jam tota lupanar.
Flamma procul nullâ sparsa resedit aquâ,
-Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus unca cibis æra subesse putat.
-Quam

-Quam male inæquales veniunt ad aratra juvenci; (minor.
Tam premitur magno conjuge nupta
Nil Euangelicum tibi debeo preter Amorẽ;
PræterApoſtolicam nil tibi credoFidem.
-Sollicitum te tua cura tener, non quomodo ſalvas, (eſt,
Quomodo non ſalvas maxima cura tua
-Si quantũ valeat res quæq; carẽdo ſciatur,
Quid valeant nummi divitiæque ſcio.
Laudatur merito laudator,amatur amator:
Ergo ut lauderis lauda, ut ameris ama,
-Ex humili licet ortus homo tellure tumeſcit.
Sit licet ex nihilo nata, tumeſcit humus.
Sic homo ſic humus ſupra ſe tollitur ipſum,
Monte ſuperbit humus: Mente ſuperbit homo. (peſque,
-Imperium ſi quis ſit adeptus pauper, o-
Qua fuit haud meminit conditione prius.
Proſpera te fecit fortuna,ſaluſq;ſuperbum,
Cum fueris æger Pontice ſanus eris.
-Lena procaxque Caro juvenes in devia ducit,
Mẽtis at improbitas in ſene major ineſt.
Suſpicor hinc juvenes in cælum aſcendere paucos,
Paucos in cælum ſuſpicor ire ſenes.
**Eſſe* & *Habere* bonum eſt dixit (quis neſcio) Grajus, Addidit

Addidit Almannus (nescio quis) *Bibere*,
-Præteritam primus, præsentem proximus haustus,
Venturam extinguat tertius ille sitim.
-Si tarde cupis esse senex utaris oportet
Vel modico medice, vel medico modice.
Sumta, cibus tanquam, lædit medicina salutem
At sumtus prodest, ut medicina, cibus;
-Opto tibi multam nullã tibi poto salutem,
Est potior potâ sicca salute salus.
Quo tibi potatum plus est in ventre salutũ,
Hoc minus epotis hisce salutis habes.
Contingant, si vis, tales tibi mille salutes,
Non equidem invideo, mî satis una salus
Una salus sanis nullam potare salutem,
Non est in potâ vera salute salus. (bus egi,
-Non locuples nec egens, parcus sine sordi-
Victum, habitum, mores semper eosdem habui
-Divitiæ grandes homini sunt vivere parce,
Sors fortunatis omnibus esse dedit. (tur
-Num opibus mentes homini curæq; levã-
Curæ sollicitæ concomitantur opes.
-Congeries lapidum variis cõstructa rapinis
Corruit, ac alter raptor habebit eam.
Est furum finis funis, mors ultima merces
Rarus funesto fur sine fune perit.
-Quid mihi Divitiæ, quarum si demseris usum, Quam-

Quamvis largus opum ſemper egenus ero?
Imo etiã pœna eſt partis incumbere rebus,
Quas, cum poſſideas, eſt violare nefas.
In gnatum quo dure parens es parcior, hoc es
Largior, huic moriens omnia namq; dabis.
-Ingreſſis pelagum ſapor omnibus amnibus idem,
Mors omnes homines æquat ut æquor aquas.
-Vis voto patiaris amans? patiaris oportet,
Si vis in dulci vivere pace, pati.
-Audacem fortuna omnis, cibus omnis edacem
Adjuvat: eſſe aliquid ſi cupis; Aude & ede:
Spernere cuncta, & ſpernere nullum, ſpernere ſeſe,
Spernere ſe ſperni, quatuor iſta beant.
-Tota patet Tellus inopi quàcunque vagatur,
Pauper in exilio eſt nullibi, ubique domi.
-Eſt domi ubiq; bonus, ſapiens non exulat uſquam,
Omne ſolum forti patria & omne ſolum.
Exilium eſt ubicunque male eſt, patria eſt ubi recte eſt.
Patria ubique bonis exiliumque malis.
Illa mihi Parria eſt ubi paſcor, non ubi naſcor, Illa

Illa ubi ſum notus, non ubi natus eram;
Illa mihi Patria eſt mihi quæ patrimonia præbet,
Hinc ubicunque habeo quod ſatis eſt, habito:
-Pro Patria ſit dulce mori licet atque decorum,
Vivere pro patria dulcius eſſe puto.
-Unde fit ut Francus poſt tot, poſt bella tot Anglus,
Integer in ſolito regnet uterque ſolo?
Protexit generoſa tuum te Francia ſcutum,
Angelus eſt cuſtos, Anglia tuta tuus.
-Nulla ſat ut Tulli eſt oratio longa diſerti,
Sic tua nulla brevis concio Jane ſatis.
Perſpicua brevitate nihil magis afficit aures
*In verbis, ubi res* poſtulat, eſt *brevis*.
-Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni,
Pugna ſuum finem cum jacet hoſtis habet:
At lupus & turpes inſtant morientibus urſi,
Et quæcunque minor nobilitate fera eſt.
-Conſcia mens ut cuique ſua eſt, ita concipit intra
Pectora, pro facto, ſpemque metumque ſuo.
-Aſpicis ut veniant ad candida tecta columbæ,
Accipiat nullas ſordida turris aves.

Horrea

Horrea formicæ tendunt ad inania nunquã,
Nullus ad amiſſas abit amicus opes. (ros,
*Fert tamen ut decet caſus patienter ama-
More nec indomiti frena recuſat equi.
*Diſcitur innocuas ut agat facundia cauſas.
Protegit hæc ſontes, immeritoſque premit.
-Nutritur vento, vento reſtinguitur ignis,
Lenis alit flammas, grandior aura necat.
Aut nulla ebrietas, aut tanta ſit ut tibi curas
Eripiat, ſi qua eſt inter utrumque, nocet.
* Nil adeò fortuna gravis miſerabile fecit,
Ut minuant nulla gaudia parte malum.
-Servis Regna dabunt captivis fata triumphos,
Sæpe premente Deo fert Deus alter opem.
-Jupiter utilibus quoties rigat imbribus agros,
Miſta tenax ſegetes creſcere lappa ſolet.
Nos quoque fructiferum ſentimus inutilis herbæ
Numen, invita ſæpe juvamur ope.
*Agri* bis centum colo jugera: *Vinea* centum
Jugeribus colitur. *Prataque* dimidium,
*Silva* ſupra duplum, quam prata & vinea & arvum;
*Cultor* arvi nobis nec ſupereſt, nec abeſt.
*Fons* propter *puteuſque* brevis, tum purus & *amnis*
*Naviger* hic refluus me vehit ac revehit,

Hæc

Hæc mihi *non procul urbe* ſita, *nec* prorſus *ad urbem*,
Ne patiar turbas, utque bonis potiar.
Et quoties mutare locum faſtidia cogunt,
Tranſeo & alternis *Rure vel* Urbe *fruor*:
- O quantùm & quoties poſſem numerare beatos,
Naſci felici qui meruere ſolo!
* Ut vivas valeaſque forum hic vitabis & urbem,
Nec res à ſomno, nec revocabit amor:
* Me vaga montani confirmant otia ruris,
Et *caſa* juguribus non oneroſa ſuis.
* Crux Domui ſua cuique latet, mea pellitur extra,
Nec niſi delitiis *inſula* parva vaco.
* Seu Caro ſeu Corium, fœtus, fimus, alica, chorda,
Lanave, Lacue deeſt, omnia præſtat *Ovis*.
* *Vrbs* ſterilis *fructus* agrorum *in ſtercora* vertit:
Fertilis *in fruges*, *ſtercora* vertit *ager*.
Tu victum debes avido vi[illegible]mque colono,
Debet ſtercoribus non minus ille tuis.
I. Si quis parare prædium volet ſibi.
Simul neceſſe eſt vendat urbanam domum:
Ne pluribus diſtracta mens negociis
Indiligenter ruſticum larem colat:
Quæ cura totum poſtulat virum ſibi,

Gna-

Gnavumque fructu dite, cultorem beat:
Cui, præ labore rustico, magis placet
Urbana vita, prædio non est opus.
2. Fortuna voto si favebit obsequens,
Cœlo salubri rus ematur, fertili,
Gleba, propinquum navigando flumini.
Marive per quod advehi merces queant
Quas poscit usus, quæ supersunt avehi.
3. In agro emundo sint tibi curæ duo,
Salubre cælum, divitisque uber soli:
Quorum alterum si desit, & tamen libet
Parare, non est sinciput sanum tibi,
Teque ad propinquos mittier Varro jubet.
4. Nil emeris præstare quod fundus potest,
Vendax oportet ut sit, haud emax, bonus
Ruris colonus, & rei studens homo.
5. Qui providenter rusticari postulat,
Tria advocanda norit hæc primum sibi:
Consultus ut sit, ferre sumtus ut queat,
Nil ut gravate faxit, aut ingratiis,
Nam Rus habebit unus is cultissimum,
Qui colere noscet, & valebit, & volet.
6. Deliberare non oportet, utrum ager
Sit conferendus nec ne, sed facto est opus:
Multum diuque perputare convenit,
An res & usus poscat exstrui domum,
Quod si tibi sit consitum probe solum,
Nec fugere possis quo minus domum exstruas,

Ne-

Ne villa fundum quærat, inprimis cave.
7. Nec insalubrem fertilissimis locis
Agrum parabis, nec salubrem maxime
Solo haud feraci: prodit incolas color,
Geniumque cœli vultus indicat nitens.
At sæpe fucus hoc sub augurio latet,
Prægestiensque fallere emtorem solet
Cupido: quippe pestilentibus locis
Assueta durant, patria est forti viro
Quæcunque tellus, mosque naturam parit.
Ter. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi; (quam percipit,
Neque agri, neque urbis odium me un-
Ubi satias cæpit fieri commuto locum:
Si prodesse tuis pauloque benignius ipsum,
Te tractare velis, accedes siccus ad unctum,
Si pranderet olus patienter Regibus uti,
- Nollet Aristippus: si sciret Regibus uti
Fastidiret olus qui me notat.
* Omnis Aristippum decuit color & status & res, (quum.
Tentantem majora fere præsentibus a-
* Res gerere & captos ostendere civibus hostes,
Attingit solium Jovis, & cœlestia tentat.
*Principibus placuisse viris non ultima laus est. (thum.
Non cuivis homini contingit adire Corin-
---- Aut Virtus nomen inane est,
Aut

Aut decus & precium recte petit experiens
vir. (arce
Pluribus excelsa vel opum vel honoris ab
Profuit ad modicę sorte cecidisse quietem.
Et labor ingenium miseris dedit, & sua
quemque
Advigilare sibi jussit fortuna premendo?
--- Grande dolorum (bus.
Ingenium est, miserisque venit solertia re-
--- Dissuasor honesti
Luxus, & humanas oblimat copia mentes.
Provocat at segnes animos, rerumque re-
motas
Ingeniosa vias, paulatim explorat egestas.
-Qualem commendes etiam atque etiam
adspice, ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
---Ingenium res
Adversæ nudare solent, celare secundæ.
Reges dicuntur multis urgere culullis,
Et torquere mero, quem perspexisse labo-
An sit amicitia dignus. (rant
--- Cibus omnis in illo, (edendo.
Causa cibi est, semperque locus fit inanis
Vastius insurgens decimæ ruit impetus
undæ
Fracta cadet tantæ sapientia mole ruinæ,
Plus valet humanis viribus ira Dei.
Sic ruit in celebres cultissima fœmina ludos
--- Non

—Non vacat exiguis rebus adesse Jovi.
—Effugiunt curas inferiora tuas.
—Tranquillas etiam naufragus horret aquas.
Rara quidem facie, sed rarior arte canendi.
Omnis amor magnus sed aperto in conjuge major.
Formosis levitas semper amica fuit
Quodcunque attigerit, si qua est studiosa sinistri,
Ad vitium mores instruet inde suos.
Difficile est longum subito deponere amorem.
Omnia post obitum fingit majora vetustas.
——Mensuraque ficti
Crescit, & auditis aliquid novus adjicit autor.
Magnaque dat nobis tantus solatia Victor,
—Tarde, quæ credita lædunt, credimus
* Cura quoque longa est extenuanda mora
* Temporis officium solaria dicere certi est,
Dum dolor in cursu est, dum petit æger opem:
At cum longa dies sanavit vulnera mentis,
Intempestive, qui movet illa, novat.
Quæ venit indigne pœna dolenda venit.
— Sua cuique exorsa laborem Fortunamque ferent.
Gratia quæ tarda est ingrata est gratia, namque

Quæ

Quæ fieri properat gratia, grata magis
Et majestatem res data dantis habet.
Non est certa fides quam non injuria versat,
Tam teneor dono, quam si dimittar onustus.
Prodigus & stultus donat quæ spernit & odit.
Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis.
Jejunus stomachus rarò vulgaria temnit.
Ut quisque minimo semper contemtus fuit:
Ira fortunatam vitam duxit maxime.
Non demunt animis curas aut religionem
Persarum montes, nec divitis atria Cræsi.
Qua periit aliquis potes hanc contingere dextram?
-Rebus angustis animosus atque
Fortis appare, sapienter idem
Contrahes, vento nimium secundo, Turgida vela.
Turpe reos emta miseros defendere lingua.
-Duro multa dies in bello conficit unus.
-Ne rumpite fœdera *Pacis*, Non regnis postferre *fidem*.
Cum fortuna fidem quærat vix invenit usquam.
Non intrat unquam Regum limen fides.
-Ardua quippe fides robustos exigit annos.
-Nulla sancta Societas nec fides Regni est.
-Fidem neque dedi neque do infideli cuiquam.

Fac fidelis sis fideli, cave fidẽ fluxam geras,
-Expertus sum parum fidei miseris esse.
-Nemini credo ego qui large blandus est dives pauperi.
-Boni sibi hæc expetunt: rem, fidem, honorem,
Gloriam est gratiam hoc probis pretium:
Summa petit Livor, perflant altissima venti,
Summa petunt dextra fulmina missa Jovis.
Misera Virtus nomen inane! te quidem
Tu rem colebam; at serva tu Fortunæ eras,
--- Careat successibus opto
Quisquis ab eventu facta notanda putet.
-Quam multa injusta ac prava fiunt moribus!

# FINIS.






Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej
00001

